



95874

178 n 51.

Jurgicwic

Quinti Ewangeliæ Professores

Vitæ

1599



QVINTI EVANGELII.  
PROFESSORES  
ANTI QVISSIMI ET CELEBERRIMI

# NVLLV S & NEMO.

Q VI IN ECCLESIA M A T H E-  
M ATICA, FVGITIVA, LATITANTE, IN-  
cognita, & inuisibili Protestantium: usq;  
ad Lutherum, Zwinglium & Cal-  
vinum latuerunt e tener-  
bris eruti.

Per  
ANDREAM IVRGIEWICIVM Canonicum  
Vilnensem.

Y6286



V I L N Æ,

Excudebat Daniel Lancicius.

Anno Domini, 1599.



ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO  
D. NICOLAO CHRISTOPHORO  
RADZIWIL, DVCI IN OLICA  
ET NIESWIS, COMITI IN MIR  
& Szydłovviec. Palatino Tros  
censi &c. &c.

*Domino & Patrono perpetua obseruantia summè colendo;*

**S**Apèmultumque mecum cogitauit Illustris.  
Princeps, operam valde utilem ac salutarem, Ec-  
clesiæ nauaturum eum: qui, quod à Catholicis nos-  
stris, sàpè dictum ac scriptum est: nempè; Euani-  
gelicos, nullum sui Quinti Euangelij usq; ad Luthes-  
rum & rotofilorem, vñquam habuisse, certa aliqua methodo ac  
ordine demonstraret. Hoc enim semel clarè demonstrato, (vt  
est demonstratu facillimum) quis erit Catholicus sanè mentis:   
qui doctrinam nouam, & mundo nunquam antea (nisi forte in  
aliquibus Hæreticis aliqua ex parte) auditam: præsertim in re-  
bus fidei, vnde pendet salus æterna: veteri Ecclesiæ Catholicæ  
fide deserta amplectetur: Euangeli verò, nisi perpetuo velint  
planè insanire, & præcipites ad infernum descendere, merito  
resipiscere deberent: cum videant se toties, & à tām multis Ca-  
tholicis Scriptoribus prouocatos, vt vel vnum qui ante Luthes-  
rum & Caluinum, sic prædicauit Euangelium, vt ipsi prædicant:  
sic Sacraenta ministravit, vt ipsi ministrant, proferrent aut nos-  
minarent: ne vnum tamen Apostolum vel Apostolicum virum,  
Episcopum vel Doctorem, Patrem vel Scriptorem hactenus ves-  
tē nominare aut proferre potuerunt. Et merito sanè. Nam, si  
Lutherani quempiam suæ Sectæ Professorem, nominauerint:

mox eum Euangelicum fuisse Caluinistæ constanter negabunt.  
Imo si dogmata Lutheranorum fuerit professus, statim cum esse  
Euchianum, Nestorianum, Impanatorem, & Vbiquetarium  
in clamabunt: Si Caluinistæ, aliquem sive Sectæ Caluinianæ Pro-  
fessorem protulerint, statim consurgent Lutherani, eumque non  
Christianum, sed tantum baptizatum Iudæum ac Machometa-  
num, concionibus ac libris scriptis, magnis vocibus, ac plenis  
buccis pronunciabunt. His enim titulis honorificis, & suo Eu-  
gelio dignissimis, Cadmæi isti fratres, se mutuo compellant,  
Hæc cum ita se habeant, non tamen pudet, istos Euangelicos  
nouæ suæ veritatis ( ut vocant ) Euangelicæ, nouos subinde tes-  
tes recudere & in lucem proferre: ne videantur nouam doctri-  
nam docere, & Professoribus qui eam antea docuerint carere.  
Verumtamen inter omnes illos testes, ne vnum quidem influenies,  
per omnia Lutheranum vel Caluinistam: quod in hoc libello, nisi  
me animus fallat, satis clare demonstravi. Hic enim clare video  
bunt Euangelici, nisi planè perpetuo cœcutire velint: nec Apostolos,  
nec Ecclesiam primitiuanam, nec Ecclesiæ Patres aut Do-  
ctores, nec Concilia Generalia, aut Provincialia, nec ipsosmet  
Hæreticos antiquiores, quos Lutherani ac Caluinistæ, tanquam  
suarum Sectarum Professores, in suis Scriptis nominant; fuisse  
reuera, per omnia huius Quinti Euangelij, secundum Lutherum  
& Caluinum Professores. Nihil autem hic attuli: quod partim  
in Hæreticorum libris, partim in Catholicorum scriptis non le-  
gi. Vbi enim Hæreticorum librorum copia mihi non suppette-  
bat: ibi verbis ac testimonijs ipsorum Hæreticorum usus sum,  
prout in Sandero, Vlemburgio, Caluino-Turcismo, Feuardens-  
tio, & alijs nostri temporis Catholicis ac fide dignis scriptoribus  
reperi. Cum vero ut moris est, Patronum aliquem, cui hic lis-  
bellus offerri, & sub eius patrocinio tuto prodire possit inqui-  
reren: tu unus Illustriss. Princeps occurristi, quo siue generis  
nobilitatem, siue virtutum claritatem, siue operum præstantiam,  
sua tuam erga me benevolentiam considero: aptior nullus occur-  
rere potuit. Nam si familie tuae splendorem, ac generis nobilis-  
tatem attendamus: quæ tua Illustriss. Radziwilia familia illustri-

or æ

or ac splendidior in Magno isto Lithuaniae Ducatu reperi-  
tur: Si virtutum tuarum, splendorem ac claritatem spectemus:  
eas non modo optimè perspectas habent; quorquot te norunt  
Catholici, sed etiam ipsime Euangelici, in tuis scriptis laudibus  
exornarunt & illustrarunt. Si operum tuorum præstantiam,  
& excellentiam consideremus: quis in toto Magno Lithuaniae  
nostræ Ducatu, opera sua, cum operibus tuis ( absit inuidia ver-  
bo ) comparare audeat, aut possit? Solus enim plura pietatis o-  
pera egregia præstitisti, quam quisquam ex Proceribus nostra,  
vel Patrum memoria, in Lithuania vnquam præstítit. Nam, ut  
longius à tuo Niesuilio nō abeam: quam multa sunt & præclara,  
quæ illic magnis tuis sumptibus perfecisti? Collegium Societa-  
tis IESV, cum templo ac scholis erexit & liberaliter dotasti;  
Monasterium Virginum Sacrarum, quod nunquam Lithuania  
nostra habuit, extruxisti & redditibus locupletasti: Monasteris  
um aliud, pro Patribus Bernardinis, ut die ac nocte, in tuo Nie-  
suilio Diuinas laudes decanrent, fabricasti. Ecclesiam muratam  
in honorem D. Michaelis & Sanctorum Angelorum, quæ reli-  
giosè à Christianis visitatur, construxisti. Nihil hic dicam de  
plurimis alijs tuæ Celsitudinis operibus, quæ alibi in bonis tuis,  
ac etiam alienis extra Niesuiliū feceris, & quotidie facis. Nihil  
hic de arce tua Niesuiliensi, quæ & pulcherrima est & munitissima.  
Ista enim longiorem quam requirit epistola orationem desiderat.  
His autem rebus effectum est ut Niesuiliū tuum, quod antea nō  
multis nationibus fortè notum fuit: iam apud cunctas, Solis o-  
rientis & occidentis gentes ac populos, vbi Christianorum nomē  
auditur, celebretur. Præterire autem nec debeo, nec possum sin-  
gularem illam Celsit: tuæ erga me benevolentiam, quam sæp è  
antea, maxime verò anno præterito expertus sum: cum, ad ces-  
tibrem illum actum consecrationis Abbatissæ ac Virginum Sa-  
carum, qualem antea Lithuania nostra non vidit vnquam, cum  
Reuerendi simo Domino Episcopo Samogitiæ Niesuiliū à Cels-  
tie, tua, vocatus venissem. Utinam verò tantæ benevolentia  
indignis meis obsequijs, possim aliquando saltim ex aliqua parte  
respon-

respondere. Certè si facultas deerit, voluntas nunquam deerit.  
Hæc sunt illustrissime Princeps quæ me potissimum mouerunt,  
ut Illustr. Celsit. Tuæ hunc libellum dicarem : quem ut eo quo  
à me offertur affectu suscipias oro & obsecro. DEus Optimus  
Max. Illustr. Celsit. Vestram Ecclesiarum Sanctaræ Catholiceæ,  
& Reipublicæ nostræ incolumem, rebusq; omnibus florentissi-  
mam quæm diutissime seruet. Vilnæ. Anno 1599. Iul. 4.

Illustriss. Celsit. Vestra

perpetuo obseruantissimus.

Andreas Jurgiewicz Cas-  
tonicus Vilnenhus.



PROFESSORES.

# QVINTI EVANGELII NVLLVS & NEMO.

QVI IN ECCLESIA INVISIBILI PROTE-  
stantium usque ad LVtherum latuerunt è  
tenebris eruti.

## CAPUT I.

Quòd Apostoli non fuerint Professores Quinti  
Euangelij, secundùm Lutherum, Caluinū,  
& alios huius sacerdotiū sectarios.

Fides Apostolica saltim quo ad præcipuos articulos in symbolo Apo-  
stolorum breuiter comprehensa est. Euangelici verò licet pleriq; omnes  
symbolum illud agnoscant esse Apostolicum: tamen illius symboli arti-  
culos omnes suis heresibus corruperunt, ac ne unum quidem à suo ve-  
neno intactum reliquerunt, quod clarissime, breuiter tamen ex ipsorum  
scriptis demonstrabo.

Primus Articulus est : Credo in Deum Patrem  
Omnipotentem.

HIC Articulus docet, Deum esse; unum esse: Patrem esse: omni-  
potentem esse: at hac omnia negant Euangelici in publicis suis scriptis.  
Primo non credunt Deum esse; Nam Deum esse & omnipotētē esse,  
ita sunt inter se connexa, ut qui unum neget, alterum quoq; neget necesse  
est. At Euangelici negant Deum esse omnipotentem: ex quo eviden-  
ter sequitur eos negare Deum. Non enim potest esse Deus verus, qui  
non sit omnipotens. Credimus ( aiunt Lutherani in Confessione Wi-  
tembergensi, que extat in Harmonia Confessionum ) omnipotentiam

A

Dei

2.  
Dei esse tantam, ut possit in Eucharistia substantiam panis & vini annihilare: vel in corpus & sanguinem suum mutare.

At Geneuenses sua in illa verba annotatione declarant, se non posse hoc credere, & putant esse contra scripturam talem omnipotētiam Deo concedere. Ex Caluino quoq; Lib. 4. Instit. cap. 17. ¶ 24. manifestè colligunt fixum esse & certum apud Caluinistas principium; Quod Deus nihil efficere valeat aut supra, aut contra ordinem ab eo in natura constitutum. Beza quoq; aduersus Brentium scribit; Deum non posse efficere ut corpus humanum sine suis dimensionibus, id est longitudine latitudine, & profunditate vñquā existat. Item: Deum non posse easdem quantitates suis destituere naturalibus effectis, quominus certa occupent & impleat loca. Deniq; hoc tempore fere communis est Caluinistarum sententia; Deum per totam suam potentiam, non posse efficeret ut Christi corpus licet immortale & gloriosum in diuersis existat locis, aut in aspectabile oculis mortalium reddatur. Hinc factum est, quod in Confessione Caluinistarum communī consensu edita, & per vniuersam Galliam disseminata, & Geneuae per Franciscum Duron. Anno Dni. 1563. impressa; Omnipotentiam Dei suppreserunt, & perinde ac si nulla esset in Deo reticuerunt. At vero longè aliter eodem fere tempore sentiebant Heidelbergenses Theologi in Colloquio Malbrunensi Anno Dni. 1564. Act. 8. ubi aiunt: Non negamus illud (Christi corpus) ex Dei omnipotentia multis locis esse posse, sed non possit probari, hoc velle Christum. Imo & multò ante illos Cinglius & Gecolapadius in colloquio Marpurgensi. An. 29. aliquoties concesserunt Lutherο & Philippo; Deum quidem posse hoc efficeret, ut vnum corpus in diuersis sit locis, quod autem Deus id fieri uellet, aut quod idem fiat in cena id sibi probari postularūt.

Ita Conradus Schlußelburgius lib. I. Theologiae Caluinianaæ artic. 3: Vbi mirabiles Caluinistarum circa Dei omnipotētiam antilogias commemorat & refutat. Denique Andreas Volanus, Caluinista: qui adhuc viuit, lib. I. contra Scaram pag. 14. ingenuè fatetur, Deum posse si uelit facere, ut Corpus Christi tam in cœlo, quam in terra, ubiq; sit præsens. Sed huius Atheismi Caluinisticæ, claram & solidam refutationē uidere poterit lector apud Belarminum, lib. 3. de Eucharistia cap. 3. & Feuardentium Dialogo I.

Secundo.

5.

Secundo, non credunt Euangelici Deum esse unum. Nam certeum est  
ex ipsorum scriptis eos plures Deos constitutere, & consequenter unitatem Dei tollere. Bez enim docet essentiam Diuinam esse realiter &  
ab eterno distinctam adeoq; triplicem in personis Diuinis. Verba eius in  
magna fidei confessione Gallica sunt h.e.c. Verbum Dei clarè nos  
docet, quod ista essentia Diuina sit distincta, realiter & ab altero  
no in tribus personis. Certè ubi est triplex essentia realiter in tri-  
bus personis distincta, ibi nō potest esse unus Deus, sed potius tres Dijs.  
Et ualde obseruandum est hoc blasphemum dogma in publica confessio-  
ne fidei Caluinianæ, omnibus credendum propositum esse. Caluinus in  
Actis Seruerti pag. 249. 250. 271. & 272. sepius scribit, filium  
Dei habere substantiam à Patre distinctam, ex quo sequitur eum esse di-  
stinctum à Patre Deū. Idem contra Valentiniū Gentilem contendit  
demonstrare; Essentia Patris neq; ex toto, neq; ex parte posse in filio esse,  
nisi Pater ea priuetur. Vult ergo Caluinus in filio nullam esse essentiam  
Diuinam, & ita non esse Deum; vel esse aliam ab essentia Patris distinctā.  
& consequenter filium esse aliū Deum à Patre. Deniq; Hieronymus  
Zanchius opus suum **De Tribus Eloim**, hoc est de tribus Dijs ins-  
cribens, satis ostendit, se suosq; non Dei unitatem sed multitudinem De-  
orum credere. Vide lector Caluino-Turcifum. lib. 3. cap. 5. Lu-  
therus aperte scribit, Diuinitatem esse triplicem vel trium generū  
quemadmodum tres personæ. Ex quo infert contra eum Cinglius  
Tomo 2. in **Responsione ad Lutheri librum de Sacramento** fol. 474.  
necessariò in Diuinitate tres naturas, & tres Deos statui Philippus Me-  
lanctō in locis editis Basileæ Anno 45. cap. de Christo dicit; Tres esse  
Diuinitates sicut tres sunt personæ, & tres personas Diuinas ait esse  
tres singulares intelligentes: cum in Trinitate sicut est unus Omnipo-  
tentis, & non tres omnipotentes; ita unus intelligens, & non tres intelli-  
gentes. Iacobus scelbius apud Genebrardum pag. 98. docet: quod  
nulla esset inter Patris & filij personas differētia, si eadem esset utriusq;  
essentia. Et ibidem, Pag. 152. ita contra Genebrardū disputat; si tota  
Diuinitatis essentia est in Patre, nulla certè diuinitatis pars Filio & spi-  
ritui S. relinquatur. Franciscus St. acarus lib. 4. de Trinitate, ait Phi-  
lippum: unam Diuinam naturam in tres partes secare: ita ut sicut sunt  
tres personæ: ita una queque earum suā partem Diuinitatis habeat. Ca-

4.

Stalio Caluini quondam Genueae discipulus in lib. ad Caluinum de Prædictione aperte scribit Caluinū duos Deos constituere. Verus, inquit, Deus venit ut destrueret illius Caluinianī Dei opera: & hi duo Dei, ut sunt natura inter se contrarij, sic gignunt etiam filios inter se contrarios. Vide Calino-Turcismum, lib. 3. cap. 17. Hæc qui secū serio perpendit, non multū mirabitur quod Caluinus Epist. 2. ad Polonos scribit illam solennem Catholicorum precem: Sancta Trinitas vnu Deus miserere nobis: barbariem sapere, & sibi non placere: imitatus in hoc Parentem suum Lutherum, qui illam ex Litanij Germanicis penitus abstulit. Manet tamen in Litanij Synagoge Anglicane, que ter in quavis hebdomada publicè in Ecclesiis ex Decreto Papissæ Anglicane canuntur: quantumuis fremant contra hoc Puritani. Videat lector plura de hac re in Calino-Turcismo. lib. 3. cap. 5. Nec mysterio careat quod Lutherani passim in Biblijs suis Germanicis, penitus expunxerunt illud præclarū Apostoli testimonium pro S. Trinitate; Tres sunt qui testimonium dant in cœlo Pater, verbū, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt. Quæ concionator quidā Lutheranus Dantisce pro concione, optabat Biblijs restituī, propter inualescētes in ijs partibus Arrianos & samofatenses.

Tertio non credunt esse Patrem: tum quia afferunt essentiam Diuinam esse incōmunicabilem, sic enim scribit quidam innominatus Caluinista, ut refert Feuardentius Dialogo I. Essentia diuina est simplex, indiuisibilis, & incomunicabilis: tum quia ut dixit superius Caluinus, essentia Diuina non potest per partes communicari, quia lacerabitur diuitias; nec tota, quia tunc ea priuabitur Pater: tum quia negant filium esse genitum ex Patris substanciali & essentia; sed esse Deum à se, non Deum de Deo. Ita Beza contra Heshusii: & Caluinus. I. Institut. cap. I S. ¶ 19. & 23. Iam verò si Christus nullam essentiam à Patre accepit, quomodo filius eius erit? Rursus: si Deus nullum habet filium ex sua substanciali & essentia geniti, quomodo erit Pater? Huc cerie videtur collimasse Calvini quando in Synodo Lausanensi irrisu (ut refere Petrus Carolus) illa uerba Symboli Niceni, quibus Patres Christiani esse Deum verum de Deo uero confitentur. Et ex Symbolo Athanasij reiecit illum versiculum; Deus est ex substanciali Patris ante secula genitus. Lutherani in hac parte sunt paulò liberaliores. Ipsi enim concedunt:

concedunt Deo duos filios, ut postea dicam; Caluiniste vero ne unum ei attribuunt.

Quarto negant Euangelici Christum esse Deum omnipotentem. Non enim concedunt illi tantam potentiam; ut possit corpus suum in multis locis simul constituere. Beza in Respon: ad Colloquium Mompelgar-dense, I. par. in prefat. pag. 16. Christi, inquit, carnem nusquam realiter nunc esse, quā supra cælos, in quos ascendit; quod quis-quis negat, is Christum negat. Itaq; Princeps quinti Euangelii Lutherius, cum omnibus suis sequacibus, iudicio istius Beslie negant Christū.

Deniq; Euangelici, transformant Deum in Diabolum. Nam Caluinus contra libertinos ait; eos qui faciunt Deum scelerum & flagitorū omnium auctorem transformare Deum in Diabolū. Hoc autem faciunt, Caluinus, Bucerus, Beza, Witakerus & alij Caluiniste paſsim. Caluinus enim I. Institut. cap. I S. ¶ 3. ait. Deum esse au-ctorem eorum omniū, quæ Papistæ ociose eum permettere aūt: at Papist.e doceat, peccata omnia Deo permittente fieri: peccatorū igitur omnium auctor Caluini iudicio Deus erit. Et nonne inde sequitur Caluinum cum suis Deum in Diabolum transformare? Bucerus vero in cap: I. ad Rom. pagr. 72. ait, eos qui non credūt Deum omnia tam bona, quam mala in hominibus perficere, penitus negare Deum. Videat lector Caluino-Tureſſum lib. 3. cap. 23. & Stapletonum de Iustificatione lib. II. cap. 4, & ſequent. & Feuar-dentium Dialogo 2.

Secundus articulus est: Credo in Iesum Chri-  
ſtum filium eius unicum. &c.

**H**VNC Articulum Quinti Euangelii Professores, uarijs modis abnegarunt.

Primo quod aperte negant Christum ex substantia & eſſentia Patris genitum eſſe, ut iam ostenditum eſt: & conſequenter negant eum eſſe filium naturalem aeterni Patris, Caluinus enim contra Gentilem, ſic argumen-tatur, Pag. 917. Si diuinitas Patris erit in filio ex parte, iam la-cera erit Diuinitas; Si in totum, ergo iam Diuinitas in Patre ex-uanuit, & ea priuatur Pater. Vnde ſecundum Euangelium Calu-

ni, nulla erit in filio Diuinitas, vel certè alia à Diuinitate Patris. Et iterum ibidem; si inquit, æterna Patris essentia sit in filio, etiā persona Patris communicabilis erit: at cum persona Patris sit incommunicabilis, essentia quoq; secundum, Caluinum erit incommunicabilis: ergo ita Christus carebit essentia Diuina, & consequenter non erit Dei filius, vel aliam essentiam Diuinam habebit: & sic non erit idem cum Patre Deus. Deniq; Caluinus in Admonitione ad Polonos sic disputat

Si Pater habet suum esse à se ipso: Filius suum esse à Patre: Spiritus ab utroque: an non tres essentiae emergent? Hinc est quod Roserius in sua Confessione redarguit Euangelicos, quod Trinitatem essent, negantes filium habere suam essentiam à Patre, negantes idem de Spiritu Sancto: & utrumq; distinctam habere essentiam, eamq; à se ipsi sibi haustum, prodigiōsè asserentes. Ita Launoius in Replica Christiana. lib. 2. cap. 4. Beza p̄f. in libellos Athanasii, Cirilli &c. Cum Carolus Molineus Calumnum Athorum Principem proclamasset: quod Filius essentiam à Patre esse negaret: Beza excusat Magistri sui errorem: & fatetur non satis eum sollicitè obseruasse harum duarum vocularum: per se, & à se, discrimen, & per errorem dixisse Christum esse Deum à se: cum per se, Deum esse dicendum erat. Quanquam Witakerus Responſione ad sextam rationem Campiani, vult Christum & per se, & ex se esse Deum.

Secundo quia negant cum Arrianis, filium Dei esse Patri consubstantialem, seu eiusdem cum Patre substantię. Nam ut dictum est, vel nullam in filio substantiam diuinam, vel à Patre diuersam, & multò inferiorem agnoscunt. Vnde Caluinus 2. Institut. cap. I 4. ¶ 3. illud I. Corinth: 15. Tunc & ipse filius subiectus erit ei: intelligit & exponit, etiam de natura eius Diuina. Et in Epistola ad Polonos Pag: 941. & sequentibus clarè docet non esse absurdum concedere filium esse Patrem minorem: & secundum diuinitatem apud eum intercedere. Et Beza Epistola 28. clarè affirmit, Christum secundum viramq; naturalm, humanam & Diuinam fuisse Patri, pro nobis obedientem. Hinc Stancarus per omnia fere Cingianus, in lib. de Trinitate ait: Omnes Ecclesiæ quas isti reformatas vocant, & fidem Geneuensem & Tigurinam tenent de Christo, sunt Arrianæ nec hoc negari potest quod superius demonstratiū probauit. Et iterum in eosdem

dēm libro: Arrius cum Caluino, & Caluinus cum Arrio appri-  
me consentit: quod uterque filium Dei facit in natura Diuina  
orare: & ministrum, Pontificem & mediatorem agere. Ab hac  
quoque labe non sunt immunes Lutherani. Nam Philippus in locis Ans  
no 1545. editi: Natura, inquit, Diuina non est mortua, sed  
fuit obediens Patri. Eandem doctrinam de obedientia filij secun-  
dum Diuinitatem, defendit Gerlachius, contra Busaeum, & eam ex pro-  
fesso tradunt Authores Concordie, pag. 663. ubi scribunt: Cum o-  
bedientia Christi non sit vnius duntaxat naturae, sed totius per-  
sonae, &c. per totam veram personam aiunt pag. 727. se signifi-  
care duas naturas: unde volunt Christum secundum utramque natu-  
ram fuisse Patri obediens: quod plane Arrianum est: & vera Christi  
Diuinitate destruit. Nam si Christus ut Deus Patri obediuit, mi-  
nore est Patre, in quantum Deus est: & sic vel non est Deus omnino, vel cer-  
te alius Deus à Patre.

Ioachimus Meisterus Caluinista, in sua oratione, quam de Eutiche edidit  
disertis verbis ait, negari à Lutheranis Christum passum secundum car-  
nem: aboleri omnes nature Humane proprietates: fieri exæquationem  
naturarum, introduci realem effusione omnium essentialium proprietat-  
um Deitatis in humanam naturam Christi assumptam. Addit Meiste-  
rus. Hinc doceri coepit duplex Deitas in Christo, altera essentialis ipsius  
nature Diuine: altera communicata humanae naturae. Ita Egidius  
Hunnius Lutheranus in Papismis Calvinistarum. Anno 1598.  
Francfurti editis.

Tertio quia negant Christum esse filium unicum æterni Patris: Nam  
ex uno filio Dei, isti Evangelici fecerunt duos filios Dei. Sic enim  
Beza pag. 19. Praefationis in responsione ad Colloq. Möpelgarten. sribit:  
D. Brétius pag. suæ Recognit. 131. disertamen ait inter Christum & alios homines non constat propriè inhabitatione filij  
DEi in filio hominis: sed communicatione proprietatum, qui-  
bus filius hominis, ab inhabitante filio Dei ornatur. Vbi exclama-  
mat Beza: Ecce tibi duos ex Nestorio filios. Sic quoque Luthe-  
rus in Concione de Natali Dñi: duos facit Christos, unus est Christus  
Deus omnipotens: alter Christus homo non omnipotens. Quæ est aper-  
tissima sententia Nestorij.

Quarto quia negant Christum esse Omnipotentem, & consequenter esse Deum. Nam paſſim ſcribunt Caluiniſtae: non poſſe eum corpus ſuum in multiis locis ſimul ſtatuere: hęc hoc concedant, Cinglius, Oecolampadius, Volanus & Heidelbergen: ut dictū eſt. Lutherus quoq; in conſeſſione de Natali Domini ait; Imperitos quosdam facere Christum hominem omnipotentem. At ſi homo Christus non eſt omnipotens, eadem ratione non eſt Deus. Nec enim Deus eſe potest, qui non eſt omnipotens.

Quinto: Quia Lutheranicum Eutichete, duas in Christo naturas conſundunt, dūm proprietates naturae Diuine atunt eſe communicatas na- turae humanae, ut patet ex libro Concordie, & plurimis alijs Vbiq; riorum scriptis. Caluiniſtae verò duas cum Nestorio in Christo personas conſtituunt, unam Diuinam, humanam alteram. Nam Caluinus lib. I. Institut. cap. I 3. ¶ 9. 23. & 24. clare separat in Christo personam Mediatoris à persona Diuina. Et cōmen: Gallic. in 2. cap. Ioan. Geneue pagi. 1553. Ad tollendam, inquit, in Christo personarum unitatem, ineptè hæc formula loquendi usurpatur. &c. Beza contra Brentium. In Christo, inquit, ſunt duæ uniones hypostaticæ, una inter corpus & animam, dum ſibi personaliter iunguntur; altera inter uerbum & hominem; ut ſimul conueniunt ad unum conſtituendum Christum. Vbi incidi in hæreſim Brentij, duos cum illo, & utriusq; parente Nestorio filios conſtituens. De hoc autem errore reprehēnſus à Smidelino, nō respuit; ſed proferit in penus, ut docet Feuardētius Dialog. 3. Nam in lib. de Hypostatica duarū in Christo natu- rarum unionē, aduersus Smidelini aſſertiones plane conſitet pag. 64. & 65. ſemper ſe duas uniones hypostaticas in Christo ponere. Imo Hunnius in Papismis Caluiniānorū docet ex Ioachimo Vadiano Caluiniſta, Trinitatem ex ſententiā Caluiniſtarū quatuor personis; & in ſuper una creatura colare. Deinde Christum habere duas personas; unam qua eſt uerbum; alteram qua eſt Christus. Ex his patet Lutheranos eſſe Nestorianos & Eutychianos, ut docet Beza in Prefat; citata Pag: 20. & Caluiniſtas eſſe Nestorianos, & utroq; mutuo ipsorum iudicio pessi- mos Hereticos. Niſi forte poſt quintum Euangelium promulgatum. Nestoriani & Eutychiani nō ſint amplius cēſendi Heretici, idq; in gra- tiam iſtorum fratrum Euangelicorum.

9.

Sexto: Quia primus huius quinti Euāgelij pārens Lutherus sic blasphemē de Christo in Psal. 22. ver. Deus meus quare me dereliquisti scribit.

Quid ergo dicemus? simul Christum summē iustum, & summē peccatorem: simul summē mendacem, & summē ueracem, simul summē gloriantem & summē desperantem: simul summē beatum, & summē damnatum? Nisi enim hoc dixerimus, non video quomodō à Deo sit derelictus. Similimodo Tomo 4. latino. lene in cap. 3. ad Gal. ait; Omnes Prophetæ hoc in spiritu de Christo præuiderunt, quod Christus futurus esset, omnium maximus latro, homicida, adulter, fur, sacrilegus, blasphemus

Gloriatur alicubi Lutherus se primum mundo Christum diuulgasse, & Lutherani ante ipsorum tempora, Christum fuisse mundo iactuant in cognitionem. Que sanē uerba quodam sensu vera sunt. Nam certum est, ante Lutheri, & discipulorum eius tempora Christum, qui esset pecator, mendax, latro, adulter, blasphemus; mundus penitus ignorauit. Ignorasset achuc, nisi Diabolus has horrendas blasphemias in Christum, per Lutherum & eius catulos diuulgandas reseruasset.

Septimo quia Christum negant adorandum aut inuocandum. Nam P̄rus Richerius Calunita ut refert Villagagno ad Ari: Caluni, negavit personæ Christi supplicandum esse, ne humanitatem illius diuino honore afficiamus. Idem in Frācia Antartica, eò missus à Caluino ad disseminandum ipsius Euāgelium docuit; Hereticum esse si quis dixerit Christum necessario orandum. Hunc tamen Richerium Beza in Icōibus, vocat uirum spectatæ pietatis & doctrinæ. Daneus in Apologia de adoratione carnis Christi scribit; Quoniam caro Christi etiam in unione uera caro est, & uere creatura: ideo nunquam religioso cultu est adoranda. Hunnius in Papismis Daneum accusat, quod Idololatras pronunciet eos, qui cultum humane Christi naturæ perdunt, eamque in persona verbi venerantur. Ibidem ait Daneus: Qui ad ipsam Christi carnem, adorationem aut inuocationem dirigit; ex ipsis Dei ore maledictus est. Et hæc blasphemia Danei satis placuit Beza in colloquio Monopelgardenſi. Nec mirum quia Beza magister Caluinus in Harmonia passim negat Christo honorem diuinum unquam in Euāgeliō exhibitum. Vide Feuarden: Dialog. 3. pagin. 234.

Quid igitur mirum, si sanctis cultum omnem ac invocationem negant;  
 qui sanctum sanctorum Christum, nec adorandum, nec invocandum esse  
 cœsent? Melius hac in re locutus est, Petrus Martyr: qui, ut refert Cœ-  
 radus: lib. I. Theolog. Cal. ar. 29. docuit; quemuis fidelem in percipienda Eucharistia, non solum posse, sed etiam debere Christum ex fide  
 adorare. Propter has & similes Calvinistarū de Christo blasphemias, Io-  
 annes Schutz Lutheranus lib. 50. Causarum cap. 48. audacter asserit,  
 Machometismum, Arrianismum, & Calvinismū fratres & sorores esse, & tres caligas eiusdem panni. Quanquam Beza in collo-  
 quio Mompelgardenſi, ad obiectum ſibi Alcoranismū & Nestorianismū  
 palam responderit, ſe Nestorianismum ferre posſe, non autē Al-  
 coranismum.

**Tertius Articulus est, Qui conceptus est de Spiritu  
 Sancto, natus ex Maria Virgine.**

**H**IC articulus ab Euangelicis horrendum in modum contaminatur,  
 & penitus euertitur.

Primo: quia aliqui Euangelici ut scribit Erasmus Sacerdus in concio-  
 ne, in festo Nat. Marie, negat Christum conceptū in utero B. V. Marie.

Existimant enim Christum non ex puris sanguinibus Mariæ Virginis:  
 sed ex elemētis corpus quoddā ſibi formaſſe, quod per Mariam Virginē,  
 non fecus atq; per canalem aqua decurrat, in mundum venerit.

Secundo: Andreas Fricius in lib. quem de Mediatore Christo inscri-  
 pit, statim initio fatetur Je non videre, quomodo ſi una fit trium per-  
 ſonarum eſſentia: Pater ſimul cum filio non fit Incarnatus.

Tertiō: quia Lutherani in Concordia docent, naturam humanam eſſe  
 ubiq;. Si hoc verum eſt, non potuit concipi de ſola Virgine Maria; nec  
 ex illa nasci. Nam ſi statim ab incarnatione fuit ubiq; profecto fuit in  
 uteris omnium, non modo feminarum, ſed etiam virorū: nec potuit una  
 quam nasci ex Maria Virgine. Quia nativitas eius ex utero, non eſt niſi  
 egressus eius ex utero: at qui eſt ubiq;, nō potest de loco ad locū moue-  
 ri, aut unquam ita egredi ex viero, ut simul etiam non maneat in utero.

Quarto, quod merum incarnationis, & nativitatis Christi blaſphemē  
 negent

negent. Errarunt, inquit Molinaeus in Harmonia, Monachi & sacrificuli, Doctores Papistici, urgentes meritum incarnationis, tum nativitatis Christi. Nihil hæc omnia proderant nobis, sed sola mors Christi.

Quinto: quia Mariam non fuisse Virginem in partu, sed more aliarum mulierum, cum doloribus, angustijsq; & foeditatibus Saluatorem peperisse affirmant. Carolus Molinaeus in Harm. Euan. parte 3. ita scribit. In conceptione quidem, nullo modo fuit apertus uterus Virginis, sed fuit in nativitate. Et mox. Dicendum & credendum est, quod naturaliter ruptis obicibus, & locis apertis exiuit & natus est Christus. Idem quoq; Bucerus in Dialogo de corpore Christi. Cal. in Harm. in cap. 2. Math. ait. Dominum pepercisse Mariæ, quo ad tempus fugendi in Aegyptum, donec ex puerperio conualuit, ut iter facere possit. Martyr in cap. 4. ad Rom. Quod, inquit, Virgo perpetuo permanserit Maria, cum id sacræ literæ disseriè non affirmit, non est recipiendum inter ea, quæ necessario credi debeant. Beza aduersus Smidelinum, impudenter clamat; quod pareres uteri Mariæ, quo tempore peperit, fuerunt diuulsa.

Sexto: Quia in sanctitate seipso pares B. Mariae Virginis faciunt. Lutherus enim in I. Petri: I. Quia, inquit, hac Euangelica fide renati, sumus filii & heredes Dei: pares sumus in honore & sanctitate D. Petro, D. Paulo, Deiparae Virginis, & omnibus Divis. Et serm. de Nativitate Mariæ. Tam, ait, nos sancti sumus, atq; Maria & alij Diui, quantumuis magni, si modo in Christum credamus. Imo & multo sanctiores erūt, si vera sit quæ scribit Runius, in exercitio Christiano pag. 369. Ait enim: Beatam Virginem dum filio morienti in cruce astaret, quatuor admisisse peccata mortalia, transgrediendo nimirum quatuor Diuni Deicologi mādata, primū, quintū, sextū, & nonū, ut ille aperte & distinctè numerat. Et Hamiltonus hb. 2. cap. 3. unam commemorat mulierem procacem, quæ se Christi matrem esse potuisse, non minus quam Virginem Mariam impurissime iactuabat. Vide Calvino-Turcicum. hb. 3. cap. 13. Imo nō solum B. Virginis Mariæ, sed etiam ipsi Christo pares se faciunt. Scribunt enim: Omnibus fidelibus & veris Christianis, Pater nō mi-

nus faret, quam Christo filio suo proprio. Aeternam vitam, non minus illis, quam filio suo largitur. Ad cælum tantum iuris habemus, quantum Christus ipse: nec possumus dānari, nisi ipse dānetur: nec Christus saluari, nisi nos saluemur. *Has & similes blasphemias propositiones cum earum Auctoribus vide in Calvino-Turcismo. lib. 3. cap. 12.*

**Quartus Articulus est: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus est.**

**H**IC Articulus nō uno modo, sed multiis ab Euangelicis est corruptus. Primo: quod doceant diuinam naturam Christi in cruce passam & mortuum fuisse: Ita publicē docuit Franciscordie Andreas Musculus, qui in lib. de concordia discipulorum Lutheri, probat Lutherum idem semper sensisse & docuisse: Et meritō quidem. Nam Lutherus lib. de cōcilij parte 2. pag. 276, vocat Cinglianos, Nestorianos, quod contra ipsum, Diuinitatem pati non potuisse pertinaciter defenderet. Idē quoque in confessione de cœna Dom: Si inquit. Ego humanam rātum naturam pro me passam credo: Christus ille simplex vel infirmus milii Saluator est: tūm ipse benē indiget aliō Salvatorem.

Cinglius autem in Respōsione ad hanc Confess. Lutheri. Si Christus, ait, iuxta Deitatem quoque passibilis est, Deus certè non esset.

Itaque Lutherani iudicio huius Euangelici, docentes Diuinitatem Christi passam esse: Deum omnino negant. Hanc Lutheri sententiā tenuit Brentiani: quorum argumenta refert Iosias Simlerus in Narratione, controversialium de una persona & duabus in Christo naturis.

Gerlachius contra Bussem clare assertit has propositiones esse veras; Diuinitas est nata, est crucifixa, est mortua. Smidelinus Thesi I 35. sepe clare confitetur pati & mori nomine & re pertinere ad diuinitatem. Deniq; Lutherani in libro Concordie idem expressissime & clarissime docent. Eadem quoque necessario debet esse doctrina Beze, Martyris & Genevensium. Nam si ut illi docent Christus quo ad diuinam & humanam naturam sacrificavit; si sacerdos fuit; si mediator noui testamenti; etiam necesse fuit, ut secundum virāque naturam moreretur:

et hoc quod

Alioquin non potuit preuaricationes redimere, nec comparare Caluiniis  
saluem. Itaq; Diuinitatem Christi in cruce mortuam fuisse palam do-  
cent & defendunt Luterani; occulte vero & dissimilat Calunistae:  
¶ ita veriq; iudicio Cingly Deum omnino negant.

Secundo, Quia secundum iurisperitos Christus non est passus in  
Regione Iudeorum tantum, sed ubique: non est mortuus, quia mors est  
separatio anime a corpore, at non potuerunt ab invicem separari, cum sint  
ubiq;. Non est sepultus secundum corpus: quia corpus erat ubique, &  
anima similiter ubique cum corpore. Nec magis sepultus est prope modum  
Calvariae, quam in alijs partibus orbis terrarum. Nec magis fuit Christus  
in triduo mortis in sepulchro, quam in toto mundo.

Tertio quod execrandas doceant blasphemias in Christi passionem, mor-  
tem, & meritum. Nam de Oratione Christi in horto has blasphemias  
proculit Calvinus in 26. Matth. Primo. Non fuit, inquit, meditata haec  
Christi oratio, sed vis & impetus doloris, subitam ei vocem ex-  
torsit: cui statim addita fuit correctio: sed non sicut ego volo, sed  
sicut tu. Secundo, verbum illud subito clapsum reuocat & ca-  
stigat. Tertio, eadem doloris vehementia, praesentem cœlestis  
decreti memoriam illi abstulit, ut non reputaret in ipso mo-  
mento, se hac lege missum esse humani generis redemptorem.  
Quarto, Mediatoris officio defungi, quantum in se est renuit atq;  
detrectat. Quinto, Christum rem impossibilem sibi concedi pe-  
nitit. Deniq; in 12. cap. Ioan. scribit: Christum mortem refugi-  
endo, molliciem suam fateri. Quæ blasphemia est ista in filium  
Dei, afferere vota illius profecta esse ex mollicie animi, & ideo mox  
corrigenda & retractanda.

De morte Christi has horribiliores blasphemias eructavit Calvinus  
lib. 2. Institut. cap. 16. ¶ 20. Nihil, inquit, actum erat si cor-  
poream tantum morte defunctus fuisset Christus. An potuit ali-  
quid magis blasphemum in mortem & sanguinem filij DEI preferri?  
Certe ipsi ad Calvimum mundus in Christo non agnouit aliam mortem nisi  
corpoream, eaque se redemptum creditit. Lib. 2. Institut. cap. 15  
¶ 10. Diros, ait, in anima cruciatus damnati ac perditii hos  
minis pertulit. Et in Matth. 26. & 27. Diuinæ, inquit, male-  
dictionis :

dictionis horrore percussus est, & species Christo obiecta est,  
 quasi Deo aduerso, iam esset exitio deuotus. *Beza* quoque in 26.  
 ¶ 27. *Math.* ¶ 22. *Luce* ait; Ingenti onere ira Diuinæ obru-  
 tus, flammis inferni addictus, profundo inferni gurgite sepul-  
 tus, demersusq; periret. Et ad *Heb.* 5. ¶ 7. ait; Christo Diuinæ  
 maledictionis horrore perculso, elapsa est vox desperationis.  
 Et *Cal.* in 27. *Matth.* Sed absurdum, inquit, videtur elapsam Chris-  
 to desperationis vocem? Respondeo facilem esse solutionem,  
 hanc desperationem ex sensu carnis profectam esse. Et mox.  
 Sic videmus Christum ex omni parte, vexatum fuisse, ut de-  
 speratione obrutus, ab inuocando Deo destiterit, quod erat sa-  
 luti renunciare. Addit ibidem *Calumus*. Christum hanc despe-  
 rationis vocem, non fictè aut theatrice, protulisse. Deniq; i 30  
 munis est Caluinistarum doctrina: Christum omnes eas penas dependisse  
 ¶ pertulisse, que sceleratis ac damnatis ad inferos debemur, sola per-  
 petuitate excepta. Vnde Caluinus 2. *Instit.* cap. 16. ¶ 12. Hic, in-  
 quirit, nebulones quidam clamitant, me atrocem Christo facere  
 iniuriam, quia minimè consentaneum fuit, eum de salute animæ  
 suæ timere. Hinc est quod Calui. in cap. 3. ad Gal. ait; Christum  
 in assumpta hominis natura, vere peccatorem, & reum fuisse  
 maledictionis æternæ. Et in I. Cor. 5. Quomodo, inquit, sumus  
 iusti coram Deo? certè omnino ut Christus peccator fuit. At  
 quid mirum quod Christum predicent esse peccatorem, quando ei pluri-  
 ma & graviissima peccata ut propria & personalia attribuunt: vt quod  
 mollicie animi mortem refugerit: quod vota in considerata, celeriter  
 caliganda ac reuocanda emiserit: quod rem impossibilem à Patre postu-  
 lauerit: quod mediatoris officio fungi detrectauerit: quod de salute a-  
 nime sua timuerit: quod in cruce non fictè aut theatrice sed vere de-  
 sperauerit. Certè in hac parte se Christo longe meliores & feliciores  
 faciunt. Christus de salute animæ sua timet, dubitat, desperat: ipsi ti-  
 mere, dubitare aut desperare non possunt: quia sunt electi à Deo. Quis-  
 que autem electus est certus de sua salute, nulloque pacto, de illa dubitat:  
 ait *Beza* in confes: Puncto 4. art. 5. ¶ 13. Christum autem è nume-  
 ro Electorum expungunt: cum scribunt cum de animæ sua salute timu-  
 ifse, duo

esse, dubitasse, immo etiam desperasse. Et quod valde est obseruandum iste blasphemie non excidunt illis obiter & quasi aliud agentibus: sed ex industria, & plena aduentitia in Commentarijs suis in scriptur as sacras, quibus verb i DEI verum & genuinum sensum populo se tradere proflentur. Vide Feuardentium Dialogo 4. 5. & 6. De merito Christi ita docent Euangelici. Caluinus in 2. cap. Philippen. eos qui dicunt Christum aliquid sibi meruisse vocat Sophistas à sahane subornatos. 2. Instit. cap. 17. ¶ 1. ait; Evidem fateor si quis simpliciter & perse, Christum opponere vellet iudicio Dei: non fore merito locum: quia non reperietur in homine (Christo) dignitas quæ possit Deum promereri. Huc spectat istæ blasphemæ voces Caluini in Christi passionem & meritum, in Math. cap. 16. In cruce non reperiet fides nostra quo se erigat, vel sustentet, In 27. Math. In Christi morte spectaculum desperationis plenum occurret. In 14. Iohann: In isto spectaculo nihil quam extremæ desperationis materia erat.

Mortem Christi eiusq; efficaciam sic blasphemè extenuant. Scribant enim, Christum non esse mortuum pro omnibus hominibus: ita Caluinus contra Hessum, Geneuenses in Clypeo fidei, Beza in Colloquio Mompelgarteni, ubi asseruit. Deum in æterno & occulto suo consilio, decretum immutabile fecisse, quod maiorem partem hominum non velit saluari: nec in Christum credere, nec pretium sanguinis sui illis prodeste: sed quod eos ad æternam damnationem, destinauerit, ordinauerit, & creauerit. Merito sane Smidelinus in Colloquio illo exclamauit; hæc esse auditu horrenda in auribus piorum. Conradus lib. 1. Theolog. Calui. Art. 6. docet Lutheranus molestissime ferre in Caluino, quod negarit Christi meritum posse opponi iudicio Dei: quod nos non ex merito solius Christi pendere doceat: quod docuerit non ex iusticia sed ex gratuito favore ipsum etiam Christi meritum, suam dignitatem, vires & robur habere. Itaque hunc tenent Caluini & processum in sua doctrina. Primo docent Christum, non pro omnibus hominibus, sed tantum pro paucis electis Caluinistis, mortuum esse. Secundo Mortem Christi non ex aliquo Christi merito, aut villa Christi iusticia, sed ex gratuito Dei patris favore fuisse pretium redempti-

redemptionis. Tertiō pretium redemptionis nostra scilicet sanguinem Christi, iam olim compuruisse, nec in rerum natura extare. Fodus in Actis Pag: 4. 57. inter martyres suos quendam commemorat, qui inter alios articulos hunc quoque tenuit: quod Christus omnibus suis operibus cælum non promovererit. Et Beza in abſtentione calumniarū Hessiſi docet, ex suis fratribus Caluinistis, eſſe aliquos qui doceant, nos per Christum, non propter Christū ſeruatos eſſe: & alios, qui nō vidēt, quomodo dici poſſumus Patris misericordia & tamen filij merito ſaluari. Propter hec Hessiſus ut refert Caluino-Turcifimus pag. 56 l. exclamat. Caluinistas non tantum Deum transformare in Diabolum, ſed etiam Christi meritum ita eleuare, ut digni ſint qui infra ipſos inferos ablegentur. Quanquam & hoc blaſphemum dogma non modo Gerlachius Lutheranus, contra Buseum, ſed & ipfemēt Hessiſus defendat. Refert enim Clebitius in victoria veritatis parte 2. Hessiſum valorem & meritum paſſioni Christi, non minus quam Caluinistas, de- traxisse, eumq; in publicis concionibus, diſputationibus, colloquijs, co- ram immunerabili multitudine ſep̄ usurpare, eam diſtinctionem: quod per Christum à Diabolo liberati quidem, ſed non redempti ſumus. Nec ſolum redemptionis noſtre opus ac meritum, ſed etiam Christi ſeruato- ris ſignum ex animis & oculis hominum penitus euellere ſtudent, ut tandem nulla ſit amplius inter homines Christi memoria. Vnde Beza in Colloquio Mompelgartenſi: Fateor, ait, me ex animo Christi Crucifixi imaginem detestari. Et ibidem pag. 406. refertur: Petrum Viretum cum ſummo ſcandalō piorum ſcripſſe, per vaccam magis repræſentari Christum Crucifixum, quam per eius ima- ginem ſculptam, aut pictam. Quanto aliuer Lutheſani, qui in mi- nori Caſhechismo docent Christianos mane ſurgentēs & vespere lectum perentēs: Crucis ſigno ſe signare. Imo & Lutherum Apoſtolum ſuum, ut eum uocat Beza, initij omnium Tomorum ac operum ipfius exprimunt coram imagine Crucifixi fletentem, & ante illam Christo ſup- plicantem. Que reſ grauiter offendit Bezam. Vnde in 2. parte Re- ſponſi ad Colloquium Mompelgartenſi Pag. 23. grauiter reprehēdit Lutheſanos quod preceuere illis Lutero, ipſi ad Cruces & Crucifixi imagines pro- cumbant; & quod alicubi venerationis cauſa cæreos media luce coram illis

illis descendant. Necscio, inquit, an etiam Thus aliquibus locis  
adhuc illis adoleatur. Calvinus libro de necessitate reformatae Ec-  
clesiae: Prostrata, inquit, iacebat Dei gloria: obitum redem-  
ptionis beneficium: hominesq; exitiali cœpi m fiducia alibi  
quam in Christo salutem quærebant. At vero isti Euangelici e-  
gregie sane Dei gloriam illustrarunt, omnipotentiam suam ei auferendo.  
¶ Denatem eius manifeste negando. Beneficium redemptoris obruti  
præclarè sane eruerunt: dum Christum nec sibi, nec nobis quicquam me-  
ruisse: nec in passionis illius spectaculo, quicquam præter extreme defe-  
rationis materiam inueniri docet. Deniq; isti nec in Christo, cuius di-  
uinitatem & merita negant, nec in ullis bonis operibus, quæ perniti se  
salui esse prædicant: homines salutem querere iubent.

**Quintus Articulus est: Descendit ad Inferos:  
tertia die resurrexit a mortuis.**

**H**VNC Articulum mirum in modum, & varie torquent Euangelici  
ad suas cogitationes stabiliendas.

PRIMO Beza in 2. Apologia ad Sanctos, hunc articulum per se i-  
stantiam in Symbolum irrepsisse arbitratur. Vnde Euangelici, Galli, &  
Hollandi in suis confessionibus Gallica. An. 60. Belgica. A. 78. hunc  
articulum prorsus omittunt. Et Beza in sua magna fidei Confessione ta-  
Latina quam Gallica, dum singula illius refert, & more suo interpreta-  
tur capita; nullam facit descensus Christi mentionem, ac si nullum de eo  
extaret verbum. In quodam conuenticulo Londonensi tentatum fuit, ve-  
hic articulus è symbolo penitus deleretur: ut narravit Campiano Richar-  
dus Chenius, qui interfuit. Vide Rationem. S. Campiani. Calvinus li-  
bro 2. Institut. cap. 16. ¶ S. vt hunc articulum suspectum redderet, &  
pondus eius eleuaret: ait illam particulam de descensu Christi ad inferos,  
non adeò fuisse olim in Ecclesijs usitatam. At mentitur nebulo. Nam  
doctrina hæc fuit in omnibus Ecclesijs à tempore Apostolorum. Nemo  
enim est Patrum, ut ibidem ait ipse Calvinus, qui non in suis scriptis, des-  
censum Christi ad inferos commemoraret. Errat autem Rufinus aper-  
tissime, dum scribit hunc articulum non fuisse suo tempore, neq; in Sym-  
bolo Greco, neq; Latino: sicut plus quam virginis Patrum Rufino anti-



qui orum

46286

quorum, manifestis testimonij euicit Feuardetius Annotation: in lxxv  
neum, & in lib. 2. appendicis contra nouam heresim. Vide Henricū viii  
cum lib. de desensu Christi ad inferos.

Secundò Carlil. in lib. de hac questione Londini An. 82. impresso:  
probat Christum nec corpore, nec animo ad inferos descendisse; & con-  
trarium opinionem in Symbolo Apostolico descriptam vocat perniciosa-  
heresim.

Tertii: non credunt quod Haec tenus indubitatum habuit orbis. Christianus, Infernum damnatorum esse locum aliquem in rerum natura.  
Nam Lutherus in tonam Tom. 3. Germ. len. fol. 212. sic ait: Quid sit Infernus ate diem extremum; nondum satis certus sum. Nam esse peculiarem aliquem locum, ubi nunc sunt animæ damnatorum, sicut pingunt pictores, & ventris mancipia docent; id mea sententia nihil est. Vbi Lutherus clare ostendit se adhuc ignorare quid de inferno credere debet: hoc unum pro certo habet, quod non sit infernus, sicut haec tenus creditur orbis Christianus. Christophorus Iraneus Luiheranus in speculo inferni Germ. cap. 9. docet damnatorum absum, quæ si la vere Infernus est, nondum existere, sed Deum in fine mundi primum hunc infernum preparaturum. Quam opinionem Ireneus ille ex Luberi scriptis confirmat. Cathechismus Heidelbergensis an. 63. & 69. editus, vocat in dubium an reuera sit illius Infernus, & locus destinatus, in quo impij & dannati post hanc vitam æternis penitenti debeat. Ita Conradus lib. 1. Art. 27. vbi etiam diligenter notat. Buceru. nullu. esse infernum credere, quod ex Buceri verbis clare ostendit.

Quarto: quod existimant desensum Christi, ad Inferos ante con-  
tingisse, quam anima à corpore per mortem fuerit separata. Nam Caluino,  
descendere ad Inferos, nihil est aliud quam Christum: Diuinæ ultionis  
seueritatem sentire; cum inferorū copijs æternęq; mortis horrore  
quasi consertis manibus luctari: eam mortem perpeti, quæ  
sceleratis ab irato Deo infligitur. Ita Calu. 2. Instit. cap. 16. ¶  
10. & 11. Lutherus Tom. 3. Germ. fol. 112. putat descendere ad  
Inferos nihil esse aliud, quam sentire dolores & angustias mortis in ijsq;  
animā tandem exhalare. Brenius In Cathechismo: Duplex ait, est ille  
descensus, Primus: quod cum adhuc corporalem vitam in terris  
ageret

ageret, suscepit dolores Inferni, hoc autem precipue factum est cum in cruce clamauit; Deus meus &c. Hic clamor significat, Christum inferni doloribus obrutum, & flammis inferni accensum fuisse. Secundus descensus est, cum postquam mortuus fuit, depositus est de cruce, & in terra ita sepultus, ut videtur prouersus interisse.

*QV* Int̄o: quod alij hunc descensum post mortem factum credunt, sed non eo sensu quo mundus hactenus creditit. Verba enim illa; De scendit ad inferos, ad corpus iam mortuum referenda docent; ut nihil s̄c aliud descendere ad inferos, quam corpus eius exanime recondi in sepulchro. Ita Bucerius in Ps. 14. Witakerus contra Duræum. Beza in 2. cap. Act. Vbi ad stabilitendum hunc crasum errorem suum, pro eo quod legit vulgata editio Latina, tam in Actis, quam in Psalmero. Non relinques animam meam in Interno, ipse veriit; Non relinques cadaver meum in sepulchro: mutans animam Christi sanctissimam, in cadaver: Et Infernum in sepulchrum. Quod facit pasim in sua versione: perinde ac si nulli essent ipsius iudicio Inferi, præter sepulchrum.

Correxit quidem Beza in posterioribus quibusdam editionibus, hanc erroneam versionem, sed tamen in annotationibus texus, eundem errorem suum mordicus defendit, quem per talēm erroneam versionem Stabilis voluit. Sed hunc errorem Beza Magister, Calimus, acriter expugnat 2. lib. Insti. cap. 16. q. 8. Sunt, ait ille, qui opinentur nō aliquid novum hic dici, sed alijs verbis repeti, quod prius de sepultura dictum fuerat: quorum opinioni duæ rationes repugnant. Prima, quod non est credibile rem minimè difficultem, & verbis classis demonstratam, verbis obscurioribus declaratam esse. Secunda est, quod non sit verisimile tam superfluam Battologiam, in tam breve compendium fidei irreperere posuisse. Atq; his rationibus ingratia opinionem Buceri Magistri, & Beza Discipuli sui. Cum Calumo quoque sentiunt Luberani in Concord. vñdimentex Concione Luberi Anno 33. Torgo habita: sepulturam & desersim Christi ad inferos: ponit in symboli tanquam duos articulos distinctos,

*QV* Int̄o: quod aliqui scribunt Christum post mortiem vere ad Inferum damnaturum descendisse ibique peccatorum nostrorum penas lufas.

Ita refert Beza Act. 2. de quodam ex Evangelicorum suorum grege.  
 Is videtur esse Epimus in Ps. 16. Idem quoque error tribuitur Antonio Coruino. Imo Luiherus apertissime hoc ipsum docet. Ita enim Tomo 3. Wirtiebergae Anno 1553. in Psal. 16. pag. 279. scribit. Etsi multi sancti, in sepulchro & inferno, absq[ue] dolore fuisse credantur, qui & in pace mortui sunt: tamen Christus sicut cum summo dolore mortuus est: ita videtur, & dolores in inferno sustinuisse: ut nobis omnia superaret. Et ille, quem citat Beza, eandem cum Lutheru[m] rationem affert. Alioquin, ait, non erit plena ipsius pro nobis satisfactio. Smidelinus in Concione habita Augustae & postea Tuszibone impresta Anno 59. Christus, inquit, pro te descendit ad inferos, & non modo corpoream mortem, verum etiam mortem aeternam ignemq[ue] infernalem expertus est, & degustauit. Guilielmus Fulco in defensione Translationis Bibliorum, contra Gregorium Martinum docet: Lutheranos sensisse Christum post mortem penas damnatorum pertulisse. Gerlachius contra Bussem pag. 522. defendit quod Christus, Inferni cruciatus pertulerit. Vide Caluino-Turcicum lib. 3. Cap. 13.

Sexto: quod alij defensum ad Inferos aiunt esse declarationem eius quod dicit: Sepultus est, ita ut vere mortuum esse non ambigamus. Ita Decolampadius lib. I. Epist. Pag. 4. Heidelbergenses in Cathechismo Anno 63. & 69. editio. Articulum de Descensu Christi ad inferos, coniungunt cum illo de sepultura Christi, ita ut hec verba: Descendit ad inferos: sint tantum explicandi gratia adiecta, ut intelligatur Christum vere sepultum esse. Ita Conradus lib. I. Art. 27.

Septimo: Quod alij per Descensum Christi ad Inferos nihil aliud intelligunt, quam quod Patres qui ate Christi tempora mortui sunt, nunc per eius mortem vere liberati sunt. Vnde Bullingerus in 2. cap. Act. Descendere ad Inferos, ait, esse, meritum mortis Christi prosuisse etiam mortuis. Theologi Wirtembergen: in Catechesi ex corpore doctrina A. 21. excerpta: Fatalem inquit hoc articulo: Descedit ad inferos, destructam esse Tyrannidem Diaboli & Inferorum: hoc est; liberatos eos qui credunt in Christum, a potentia Diaboli & Inferis. Similia docet Cinglius & Figurini, ut refert Bussem in Thesibus suis.

bus suis de descensu Christi ad Inferos, Coloniae Anno 55. impressis.

Octauo: Vbi qui illae in Concordia negant etiam realem Christi ad Inferos descensum, quia corpus Christi ubique esse contendunt. Vnde non potuit eius anima a corpore separari, & ad Inferos descendere.

Nono, Conradus lib. 2. Theologie Cal. Art. 27. citat Bucerum in los annem scribentem: Spiritum Christi relicto corpore in paradisum concessisse. Idem prorsus docet Witakerus contra Duraeum. Itaque secundum istos descendere ad inferos est ascendere in coelum.

Decimo, quod Puriores Caluinistæ, quos nunc Puritanos appellant, Descensum Christi ad limbum, ut inde animas Patrum liberet, vocant communem Patrum errorem. Optime enim sciunt, Patres omnes ita intellexisse Christi descensum ad Inferos. Vnde consequitur aut veterrim Ecclesiam in qua Patres vixerunt errasse turpiter, in articulis fidei aut Caluinistas Hereticos esse, qui à Patrum antiquorum & totius Veteris Ecclesiæ fide, in hac re degenerarunt.

Vndecimo. Quod doceant fabulosum esse, quod ab omnibus antiquis Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus de limbo Patrum scribitur. Ita Calu. lib. 2. cap. 16. ¶ 9. & alij Caluinistæ passim. Sed bene habet, quod Synagoga Anglicana in Symbolo Apostolorum, versibus Anglicis edito, desensum Christi ad limbum, ut Patres qui ibi detinebantur captiuis liberaret: publice proficeret & cantat in templis ac concionibus ut scribit Duraeus contra Witakerum Pag. 353 Hoc Caluini delirium clare rejecit Lutherus in Ps. 16. ubi, ut supernus dictum est, clare fatetur, sanctos in sepulchro & in inferno absq[ue] dolore fuisse. Iste autem infernus in quo fuerunt sancti; non erat nisi lymbus Patrum, ut eum vocant Theologi.

Imo & Calu: ipse hanc fabulam lectoribus suis ut rem verissimam obtrudit in Math. 27. ¶ 52. ubi agnoscit fidelium animas ante Christi aduentum in carcere detentas, & constrictas fuisse; licet eas alibi reponat in coelo, etiam ante Christi Aduentum. Sic Protheus iste nunquam in illo fere dogmate constans permanxit, sed Luna instar, ut ex scriptis ipsius patet, mutabatur.

Duodecimo, Resurrectionem Christi negant Caluinistæ. Nolunt enim fratres, Christum clauso sepulchro surrexisse, aut ianuis clavis ad discipulos ingressum esse. Ita Martyr, Gualtherus & alij Caluinistæ pas-

*sim: idque ne cogantur conficeri vnum & idem corpus posse, simul esse in pluribus locis, si duo corpora vnum & eundem locum simul tenuisse admittere sint compulsi. Lutherani vero in Colloq. Malbruneni. Act. 6. verumq; confidentur, & Sanctos Patres ita credidisse ac docuisse scribunt. Vide de hac re Calvini starum pugnas & blasphemias apud Conradum lib. I. Art. 31. Rursum cum docent Christum in sua Resurrectione, non resumpsisse sanguinem suum pro nobis in cruce fusum, nonne aperie negant eius resurrectionem. Quomodo enim erit vera & perfecta resurrectio, si sanguinem quam effudit, resurgendo non resumpsit? Calvini in Mat. 26. ait eos furere, & cum ratiōne non sanare, qui docent Christi sanguinem cum eius carne nunc coniuncti. Et m. e. Sacerdos ait, ex scripturis non posse probari, quod Christus resurgens sanguinem resumpsit. Alij Calvinistae Christi sanguinem in cruce fuisse in iam dum perisse scribunt: Lutherani contrarium sentiunt & docent: qui tamen dum assertunt Christi corpus esse ubique, resurrectionem eius perpetuus tollunt. Resurgere enim nihil est aliud, quam animam ad corpus vivificandum redire: at Christianam non potuit ad corpus redire: quia nunquam potuit ab eo descendere, cum ab ipso concepitur ibi.*

**Sextus Articulus est, Ascendit in cœlum: sed et ad dexteram Dei omnipotentis.**

**H**VNC articulum varijs modis à vero germaneque sensu Evangelicis dotorserunt.

*Primo, quod Christum ita in cœlum esse endisse. & ad dexteram Patris sedere doceant: ut per suam omnipotentiam non posset simile esse in cœlo & in terra: nec ex cœlo usq; ad diem iudicij descendere. Vnde in Clypeo fidei Genevensis irreficiunt & blasphemant scribunt de Christo: Quid otiosus degeneret in terris cum hic nec posset docere, nec signa facere, nec nobis, nec sibi aliquid proficeret. Cum tamen Act. 9. 22. & 23. astitit Paulo, & risus est ab eo in terris, cum magno Pauli prædictio & virilitate.*

*Secundo, quod assertunt Calvinistæ Christum non esse primum qui eos penetrauerit, in ipsisdemq; receptus sit, sed omnes iustos veteris re-*

*stamenti*

flamenti ex hac vita migrantes, in celis sedibusq; beatorum longe ante receptos esse volunt. Ita Calui. in 16. Luce, & Witakerus contra Durcum, & est commune dogma Calvinistarum. Cum enim Purgatorium & limbum Patrum negent, nec instar Marcionis audeant Sanctos virorum Spiritus ad inferos relegare: non erat aliis locus in quo eos colligarent, praeterquam in celo: in quo tamen Deum non vidisse, nec usq; ad finem mundi visuros fingunt.

Tertio. Quod negant Christum ascendisse in celos, sine villa iussorum celorum corruptione aut divisione: sed per hancem fracturam introisse contendunt, ne cogentur fateri diuina virtute fieri posse, ut duo corpora simul eundem locum occupent. Hunc errorem duo Ministri Surreus & Spina in Colloquio Parisiensi primo verbis, postea publicis scriptis sibi propugnandum assumpscent.

Quarto. Quod Cal. in Mar. 16. scribat, locum aliquem imaginari in quem Christus ascendit, non conuenit: cum Metaphorice Dextera, secundam à Deo potestatem significet. At vero Beza cum suis in Colloquio Mompelgarien. Pag. 149 fassus est; ascensionem Christi esse localem. Et Pag. 104. Christi corpus in uno celi loco contineretur. Ita isti Calvinistæ Spiritu vertiginis laborant, nec in dogmatibus suis sibi constant. Vnde Conradus lib. I. Artic. 26. Calvinistæ, inquit, aliquando per dexteram Dei intelligunt, certum & definitum locum, qui certo spatio Christum concludat: aliquando fatentur dexteram Dei, nullo spatio terminari. Beza enim cum Caluino contendunt dexteram Dei esse ubiqz. Hec ille.

Quinto. quod Vbiquerarij Dexteram Dei non in celo, sed ubiqz locorum in omnibus omnino Creaturis esse docent, quocunq; se virtus DEi & operatio diffundit. Vnde Beza in Responso ad Acta Colloquij Mompelgarien. infert eos unionem hypostaticam & Christi corporis veritatem tollere: & eius ascensionem in quandam diffaritionem imaginariam conuertere. Nam secundum Brennum, Illyricum, Musculum & alias; Christum in celos ascendere nihil est aliud, quam ex oculis hominum disparere.

Sexto. Quod Calvinius lib. 2. Instit. cap. 14. q 3. doceat Christum non semper ad dexteram Patris sesurum, sed solum usq; ad diem iudicij.

quo tem-

24.

quo tempore ut ait, desinet esse Deus, caput Christi. Magnam sanè gradiam faciunt Christo isti Euangelici, quod non nisi ad diem Iudicij eum à dextris Dei sedere permittant. Tunc enim ipsi eum ex sede sua detrudent: quanquam probabilius est, eos in Inferno à dextris Luciferi sessuros.

SEptimò: Quod sessionem Christi ad dexteram Dei sentiant tantum esse, secundum vel proximum gradum potestatis, quam apud Patrem obtineat: quod secundam ab eo honoris & imperij sedem seu secundam à Deo potestatem habeat; quoniam sit Vicarius Patris, quasi Pater esset absens, aut otiosus, aut alijs occupatus. His namq; substituuntur Vicarij & locum tenentes. Ita Calum. 21. & 26. Math. & in 15. Mar. Hoc autem dogma Arrianum esse nemo ignorat, nisi qui Arrium non nouit.

### Septimus Articulus est: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

PRImò: hunc Articulum conuellunt Vbiq; tñ: qui ut ait Beza in Respon. ad Acto. Colloquij Mompelgarten; reversionem Christi ex caelis in terram expugnant. Cum reuerti non sit ex inuisibili visibalem fieri, ut Lutherani docent; sed ex absente presentem.

SECUNDÒ: quia docent Lutherani Christum secundum humanam natum esse ubiq; & in omnibus angulis orbis terrarum; non potest igitur ex caelo in terram ad iudicandum descendere. Nam enim est in terris: nec ex uno loco in alium descendere potest, qui omnem locum occupat.

TERTIÒ: quia cum ipsemet Christus, qui in hoc iudicio ludex erit, demonstraret. Mat. 25, habendam in sententia ferenda, rationem operum que quisq; in hac vita gesit: Euangelici hanc extremi iudicij conditionem omnino tollere videntur: dum soli fidei omnem iustificandi saluandiq; vim tribuunt. & opera bona tanquam ad salutem minime necessaria, immo tanquam perniciofa saluti, ut est in Colloquio Altenburgensi. in contemptum adducant.

QUARTÒ: quod doceat Calvinus in 27. Mat. Non esse timendum ut in iudicium veniant peccata nostra; à quibus iam preiosa mercede absoluimus nos Dei filius. Et Beza in confess. Puncto 4. art. 12. Sanctificatio, inquit, Christi, cum per fidem sit quasi nostra: impossibile est

bile est, ut quicquid superest naturalis corruptionis, post regenerationem in iudicium veniat. Nonne isti videntur aduentum Christi ad iudicium, plane tollere? Si enim nec bona opera, ut ante dictum est, nec peccata, ut isti dicunt, iudicabit Christus; quid obsecro iudicabunt quorsum ad iudicandum veniet?

*Quinto Quod doceat Calvinus in 24. Lice. & qui eum sequuntur, Statim & anile esse delirium: plagiis adhuc confossum Christum imaginari. Cum tamen Christus Ioan. 20. Thome post resurrectionem a mortuis ostenderit vulnera manuum & lateris. Ceret Conradus Pellicanus in 20. Ioan. & Rudolphus Gualtherus fol. 175. in Ioan. ambo Ministeri Tigurini, hunc turpisimum Caluini errorem detestati sunt.*

### Octauus Articulus est: Credo in Spiritum Sanctum.

**H**VNC Articulu[m] multipliciter & mirabiliter depravarunt, isti quinque Euangelij professores.

Primo: quod negant Spiritum Sanctum habere, essentiam seu Deitatem à Patre & Filio, per eternam productionem aut communicationem, sed à semetipso ut circa Art I. diximus

Secundo: quod doceant Spiritum S. non habere eandem numero essentiam & substantiam cum Patre & Filio. Nam Art. I o. ostendimus Bezan docuisse, essentiam Diuinam realiter ab aeterno distinctam esse in tribus personis. Cui si addas ex Caluino lib: Gallico de Actis Seruete Pag. 219. distingui realiter: significare veram rei distinctae separationem atque distinctionem: clare perspicies eos aliam separabilemque essentiam à Patre & Filio nefarie, Spiritui Sancto tribuere, sicut & filio, libro citato, essentiam à Patre distinctam tribuit Calvinus. Quod non est aliud quam tres Deos numero & essentia distinctos constituere. Vt non immerito Trinitarij in Hungaria, Transyluania, Moravia, Polonia & Lithuania gloriatur, se ex Caluini & asseclarum eius libri ascriptis dividisse, tres Diuinas personas, tres esse Deos ac Dominos.

Tertio: quod negant Spiritum Sanctum esse personam Diuinam. Nam Callius Caluini Antecessor, in summa scripturæ Gallica, palam cum Ma-

cedonio sentiens, definit: Spiritum Sanctum esse motum in rebus cre-  
atum. Idem plane sentiunt alij Calvinistæ, dum ut mox dicemus, negant  
Spiritum Sanctum inuocandum, aut adorandum: & Creatoris nomen  
ad solum Patrem pertinere blasphemè affirmant. Ita inter alios Calvini-  
mus aduersus Gentilem.

**QV artio:** QV od Spiritui Sancto in mundi creatione, conseruatione,  
& gubernatione nihil relinquunt, nisi tertium quendam virtutis, impe-  
rii & honoris locum. Cum enim scribat Calvinus in cap. 6. & 17. Isaiae  
in 16. Mar. & 26. Mat. Deum Patrem esse primum vita gradum &  
causam, Filium vero secundum: Patrem esse primam potentiam, Filium  
vero secundum: Patrem honoris & imperii primum tenere locum, Filius  
vero secundum: profecto sequitur evidentissime, ex doctrina ipsius, spi-  
ritui Sancto tantummodo reliqua tertium cause, vita, potentia, hono-  
ris & imperii, locum, aut certè nullum. Similia habent Calvinistæ in  
fidei sua Confess. Art. 6.

**QV intò:** Quod Spiritum Sanctum à nobis adorandum negent. Nam  
in Dialogo 2. Clypei Geneuen. fidei fol. 376. sic scribunt: Sieut Pa-  
ter manifestauit se in persona filij sui Iesu Christi, sic in eo tan-  
tummodo vult adorari, & non in alio. Vbi addentes particulam il-  
lam exclusuam ( tantummodo ) & simul coniungentes illam negationē  
( & non in alio ) Spiritum Sanctum penitus ab omni adoratione exclu-  
dūt. Adhac in principio Cathechismi Calviniani Gallice editi ita scri-  
bit Calvinus: Oportet adorare solum Patrem in nomine Filii. Vbi viens  
dictione exclusua ( Solum ) idque erga unam personam Diuinam, nonne  
alias personas ab adoratione manifeste excludit? Deinde affirmans in  
cap. I. ad Rom. solum Patrem adorandum, & in solo filio fidem nostram  
conquiescere debere; scilicet clare prohibet Spiritum Sanctum adorari. Cer-  
tum autem est hanc esse heresim Arii, Eunomij, Photini & Macer-  
donii, damnatam a primis illis Conciliis uniuersalibus. Cum vero Cal-  
viniani in sua publica fidei Confessione, dicitur se respuere omnes Her-  
eses, quas damnarunt prima & uniuersalia Concilia, nonne seipso eu-  
denter condemnant, dum hereses blasphemias in illis damnatas, in suis scri-  
ptis ac publicis confessionibus docent.

**Sextio:** Quod negat Calvinistæ spiritum sanctum religiose inuocandū.

Nam

Nam in eorum Catechismis, in Psalmis quos vulgari lingua, rythmico in suis synagogis decantillant, in precibus eorum privatis vel publicis, non inuenies aliquam precem ad Spiritum sanctum directam, ut obseruante Feuardentius in Dialogo 7. Excipio tamen Caluinopapistas in Anglia, qui in suis Litanis, quas in diebus Dominicis, feriis quartis & sexiis ordinarie cantant, distincte, Patrem Filium & Spiritum sanctum. Et sane etiam Trinitatem inuocant, iisdem plane verbis quibus & Catholicis in Litaniis Rom. Ecclesie. Id patet ex ipsorum Liturgia Anno 6 S. impressa.

Ait hec Caluinus, Beza, Daneus, & alii eius surfuris ministri, preces ad sanctam Trinitatem fusas vituperant & reiciunt. Nonne igitur eadem opera preces ad Spiritum S. directas reprehendunt ac damnant? Deinde cum passim clamarent solum Patrem adorandum & inuocandum; adeo ut nec filium adorare aut inuocare dignentur; aut licitum esse censent, ut superius docuimus, certum. Et quod nec Spiritum S. inuocandum esse velint. Praeterea cum Spiritui Sancto terrium tantummodo cause honoris, ac imperii locum relinquant; nihil ambigendum; quin nec preces ad eum dirigi velint. Denique quando semel & iterum in Clypeo Geneueane & Caluiniane fidei diserte scribitur: Spiritum S. non esse inuocandum, si homo habeat liberum arbitrium: planum est Caluinianos omnes quantum in ipsis est Spiritus sancti religiosam inuocationem tollere de medis. Nec obstat quod assertat Cal. in cap. Mat. 28. & Mar. 16. formam baptismi a Christo traditam, apertam continere inuocationem Patrum & Filii & Spiritus Sancti. Nam hoc preterquam quod ipsum Caluinum, suorumq; Genevesium Confessionem apercere singulariter est, am ostendit istos Protheos neque in aliquo fidei articulo diu conquiescere, nec in scriptis ac Confessionibus suis sibi unquam constare.

Septimo Quod Spiritus sanctus iuxta Caluinianam Theologiam omnia botius mundi sceleris, non modo permitat, sed etiam velit, decernat, ordinet, ad eademq; committenda homines praedestinet: quin etiam illorum author sit: Satan vero, aut qui quis peccator tantum minister. Ita Calui. lib. I. Institut. cap. 18. His adde quod scribit Calamus lib. de eterna predesstitutione Gallice pag. 239. Non recipio, inquit; istud mendacium & somnium, quod Deus sit sine reprehensione, quicquid agat; propterea quod nulli subiicitur legi. Unde sequitur iudicio Calui-

ni autem Spiritum S. non esse Deum, aut si Deus verus est, posse quandoque reprobationem incurvare.

OCTAUO: Quod doceant Spiritum sanctum non esse nobis propositum ut in eum fidem nostram dirigamus; sed solum Christum. Sic enim Calvini in cap. I. ad Rom. Cum ipse (Christus) vivus sit & expressa imago Patris: non mirum est eum solum nobis proponi, ad quem se tota nostra fides applicet, & in quo consistat. Vbi per illam partem exclusum est eum solum quam adiungit Christo, manifeste & impie excludit personam spiritus sancti a scopo & fine, in quem fidem nostram debeamus dirigere. Neque pauciores, aut leuiores sunt ipsorum Heresiis ac blasphemie contra spiritus sancti officia, & opera, ut ex sequentiibus punctis patet.

Nono igitur docent, quod spiritus sanctus unumquemque reddat certum de sua electione & prædestinatione eterna. & quod vere sit ita iustus, & in gratia Dei, ut nequeat ab ea villis peccatis excidere. Ita Calvinus passim in Instit. in Harm: in lib. de Prædestinatione, & Beza in confess. Puncto 4. m. 5. & 13. ait fidem esse velut certam quandam scientiam quam spiritus S. in cordibus electorum insculpsit: quia unusquisque eorum de sua electione in corde adeo est certus ut de illa dubitare non debeat. Et iterum. Oportet unumquemque priuatum apud se concludere: sum in Christo Iesu per fidem: & ideo perire non possum & de æterna salute mea sum securus. Hinc sunt illæ propositiones Quinti Euagelij in Calvino-Turcismo lib. 3. cap. 12. relate. Omnibus fidelibus veris Christianis Deus Pater non minus faciet, nec minus propitiatus est, quam filio suo proprio: Non minus quam filium suum, ab æterna morte eos liberabit: Non minus cælum illis patere faciet, quam Filio suo Unigenito: Non est opus ut pro Regno cælorum consequendo laboremus: Iam nunc illud certo tenemus. Ad Cælum natum prorsus juris habemus, quantum Christus ipse: nec nos possimus damnari, nisi Christus damnetur: nec Christus saluari nisi nos saluemur.

DECIMO: Quod spiritus sanctus inquit permittat, ut homines veram fidem a se distam amittant, sed emper necessario cum vera fide dominum pet-

num perseueratice coniungat. Hoc est enim Caluini Axioma in cap. I 3. Matt. n. 20. vt nunquam extinguitur Spiritus ille sanctus: ita & fidem quam ille insculpsit piorum cordibus euanescere & peri-  
re impossibile est. Ita Beza etiam in Confessione Puncto 4. arti. 50. Donum fidei à dono perseverantie nunquam posse separari affirmat.

V Ndecimo: Quod docent Spiritum sanctum nunquam permettere, seu melius significatos aut electos per ullum peccatum mortiferum excidere à gratia iustificante, quam eius beneficio semel sunt affecti. Calvinus enim in cap. 5. & I 3. Ioan. ait; Tam grandi efficacia Spiritus Sancti Deus in electis suis operatur, ut nullus eorum cadat. Et iterum; Sanctificatio filij Dei collata radicem habet in eis, quae nunquam potest euelli. Sed ista parum conueniunt cum alijs Caluini Paradoxis. Nam in Com. in Epistolam ad Gal. & in 26. Matt. D. Petrum referat inter homines flagitosissimos, propter plurima eaque mortalia crimina, in que etiam post acceptum Spiritum sanctum ceciderit. Scribit enim pernitosissimum scandalum ab eo Ecclesiæ datum: scissam ab eo Ecclesiæ unitatem: obrutam Christi gratiam: oppressâ Christianam libertatem; deformatum Euangelium.

D Vodecimo: Quod docent Spiritum S. in his habitare, qui innumeris & grauissimis criminibus sunt coquinati & deformati. Probat hoc Beza in Confess. Punct. 4. art. 20. exemplo D. Petri, qui licet Christianum negando deliquerit, tamen nihilominus non omnem fidem perdiderat: sed neq; omnino Spiritus sanctus ei ademptus fuerat. At Cal. in Matt.

I 5 scribit Petrum irina negatione, in sumnum infidelitatis erga precep-  
torem cumulum peruenisse. Si bona autem infidelitas cum fide consti-  
re nequit: nisi forte in Theologia Genevensi. Videat Lector de his rebus  
mirabilibus pugnas Caluinistarum apud Conradum lib. I. arti. 14. Inte-  
rim aduertat quam felix faustumq; sit istud Caluinisticum Euangelium  
in quo si vixeris, nunquam potes in hac vita perdere Spiritum sanctum  
& Dei gratiam; nec in altera vita gloriam coelestem & aeternam, etiam si  
negaueris Deum, cœlum, infernum: & in omnia scelera que humana vel  
Diabolica malicia excoitare possit, preceps quotidie ruas.

DEcimotertio: Quod affirment Spiritum sanctum omnes fidelium in-  
fantes, in ipsis matrum vieris sic gratia sua preuenire; ut iam sancti ac

30.  
iusti sint, antequam nascantur. Iea ut si post nativitatem moriantur, si ne lauacro regenerationis in celis recipiantur & saluentur. Sic Beza in Confess. Punc. 4. art. 4. Calvinus in Inst. pessimi. Denique est commune dogma Calvinistarum. Sed bene habet quod ipsemet Roza in eadem Confess. Puncto 3. art. 13. & Pun. 4. art. 14. aperte doceat contrarium, nempe filios parvulos fidelium nisi in peccato originali; nosci filios ira & perditionis, ita ut non possint videre Regnum Dei, nisi ex aqua & Spiritu S. renascentur. Idem quoque docet Cal. 3. cap. Ioan.

### Articulus nonus est: Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum cōmunionēs

HVNCE Articulum Euangelici in Uniuersum omnes quantum in ipsis est conuellunt.

Primo: quia vocem (Catholicam) expunxerunt ex Symbolo, & eius loco substituerunt vocem (Christianam) quasi Catholici non essent Christiani. Fecit hoc Lutherus in Symbolo Germanico, quia vox, Catholicā est, sudes in oculis Euangelicorum. Cum enim Catholicum sit, ut ait Vincens Lyrinen, quod semper quod ubique, quod ab omnibus creditum est; istorum Euangelium quod nuper cum Lutero Monacho Apostata, & Calvino Sodomita Stygmatico natum est; nec ubiq, nec ab omnibus, nec unquam, nec alibi à quoquam ante Lutherum, auditum est; non Catholicum sed Diabolicum esse noceſſe est.

Secundo: quia negant Ecclesiam, que ante ipsum aduenit a temporibus Apostolorum fuit, veram Dei Ecclesiam esse. & ita agnoscunt & confitentur Christum Regem esse, qui negat Regnum, neq; populum in mundo ullum habuerit, antequam ipsi exorti sunt. Nam populus qui ita predicauit verbum Dei, aut Sacra menta ministravit ut faciunt isti Euangelici, Orbis non nouit aut vidit ante Lutherum; cum tamen hec duo sola sint iuxta ipsum dogma, veræ Ecclesiae nota.

Tertio: quia docent Spiritum sanctum Ecclesiam Catholicam deseruisse: ita ut non solum in fide ac moribus errauerit frequenter, sed etiam multis seculis in erroris esse iam deficerit. Communis enim Euangelicorum sententia est Ecclesiam Catholicam hactenus docuisse cultum idololatricum in Ado-

in adoratione panis in coena: in sanctorum mortuorum invocatione: & Christo abnegato, hosti eius Antichristo militasse. Ita Cal. in Prefat. In-  
stit. & alij Calvinistæ passim.

Quarto: Quod cum ista Ecclesia fuerit semper visibilis coetus colentia Deum, per verbi predicationem, & Sacramentorum ministracionem & participationem: isti finixerunt veram Christi Ecclesiam a temporibus Apostolorum usque ad Lutheri aduentum fuisse, planè inuisibilem sine Doctoribus & Pastoribus visibilibus, sine Sacramentis visibilibus, donec Deus ex Rom. Ecclesiis suos electos Lutheranos, Calvinianos, Anabaptistas, Arrianos, Tritheitas, Trinitarios, Photinianos ibi latitantes; idola colentes: Antichristo seruientes: per predicationem Lutheri & Calvini segregauerit: & in Ecclesiam Lutheranam & Calvinianam: Anabaptisticam, & Arrianam, prob dolor nimis nunc visibilem & sensibilem aggregauerit. Sic enim Geneuen, in Annot. ad Harmoniam docet. Sed valde mirum est, Deum nullum prorsus Electum Lutheranum, Calvinistam aut Anabaptistam ex Rom. Ecclesia a temporibus Apostolorum usq; ad etatem Lutheri & Calvini segregasse: nec ullam sibi ex illis Ecclesiam visibilem, (ut nunc factu ariunt) sibi constituisse: sed permisisse omnes suos electos in Rom. Ecclesia: quam negant esse Christi veram Ecclesiam penitus perire, nec ullam curam adhibuisse, ut isti electi relicte Rom. Ecclesia (tanquam sede Antichristi) verbum Dei predicarent, & Sacramenta ministrarent more Calvinistico, Lutherano vel Anabaptistico. Sanè Calvinus hoc signum suum & suorum contra Seruetum scribes, sic planè euertit. Quod Seruetus (Calvinus) diuturnū fingit Ecclesie è terris exilium, eo Deum mendacij planè coarguit, Ecclesiam fingit ab annis mille ducentis & sexaginta fugatam è mundo fuisse. Nos certe è splendidis sedibus fuisse eiectam fatemur: sed ita ut reliquias à se reliquias, admirabili gratia seruauerit Dominus, alioqui mentitus foret. quia alioquem sibi populum in terra fore promisit, quam diu Sol & Luna in cœlo fulgebunt.

Hec Calvinus, qui contra Synagogam Calvinisticam & Lutheranam non potuit quicquam efficacius scribere. Bonum autem fuisse, si Calvinus adversario suo Serueto clare ostendisset, que erant iste reliquiae: ubi morabantur: quis unquam eas vidi: quis auctor earum meminit: denique

verum

verum erant electa reliquie Lutherana vel Calviniana.

Quinto. Quia nomen Ecclesie que una tantum est ( nam ut est Cal. libo q. cap. I. ¶ I. & II. duas aut tres Ecclesiæ inuenire non licet, quoniam si serpatur Christus ) singula Euangelicorum sectæ, ut Lutherani, Calviniani, Anabaptistarum, Phormianiani, Trinitarij ad se trahunt, & alias sectas ab Ecclesia Dei alienas faciunt; cum tamen nec omnibus sectis simul & coniunctim, nec singulis separatis: aut unius sectæ magis quam alteri, uomen Ecclesie vere competere possit. Et cum unitas in fideli Christianæ professione, sit ex precipuis notis vera Ecclesie: isti tandem fidei & multipliciter sunt inter se diuersi, ut plures sectas simul ac magis abominabiles, aut magis inter se puonantes nunquam ab orbe conditæ Sol aspicerit. Quod in inferius proprijs ipsorum verbis ostendemus: nunc vero unico Conradi Gesneri Cinglani testimonio contentius ero: qui in Bibliotheca sua de Luthero sic scribit. Ecclesiam nostram ( Cinglanam ) damnare non veretur.

Sexto. quia per summam blasphemiam in Christum & Apostolos eius: predicatorum primos per Europam, veros Apostolos fuisse: Iohannem Hussum & Lutherum in Germania: Zwinglium & Oecolampadum in Helvetia: Savanorolam in Italia: Farellum & Caluinum in Gallia: Wiclephum & Bucerum in Anglia: Cnoxum & Buchananum in Scotia. Ita Beza in Iconibus. At cum perimus ab eis cuius sectæ Euangelicae primi Apostoli fuerunt, Lutheranae an Calviniana, sunt muti ut p[ro]f. es. Certum ovem est ut suo loco ostendemus non fuisse Lutheranos vel Calvinistas: veroque simul fuisse impossibile est: cum dogmata Calviniana & Lutherana, ex Diametro sint opposita.

Septimo: quod homines sine fide in Christum membra Ecclesie & Sanctos esse posse doceant. Ita Martyr in Genesim, & alij apud Conradum l. b. I. Artic I S. Nam si aliqui ex eorum maioribus fuerint aliquando fideles, etiam ante milie generationes: isti eorum Posteri nunc sancti sunt, etiam si non credant in Christum vel sint Turci, Iudei, Gentiles.

Octauo: Quod illam partielum Sanctorum communionem negant, dum cum Sanctis in ecclorū regnibus, qui sunt pars Ecclesie nobilissima, & super omnes, alijs & vere Sancti, negant nebis esse aliquod commercium aliquando

aliquam communionem: nec illis cultum, honorem, aut reverentiam exhibendam. Cal. lib. 3. cap. 20. ¶ 24.

Nonò: quod hanc huīus Articuli partem conantur dubiam & suspicātā reddere: imo quantum in ipsis est ex Symbolo expungere. Nam Cinglius in Serm. Berne habito: quo interpretatur Symbolū: hoc membra inter Veteres, in Articulis fidei, non fuisse numeratum scribit. Calui. quoque lib. 4. cap. I. ¶ 3. tradit hanc Symboli partem à Veteribus pretermisam fuisse. Et Erasmus in principio §. Cathechesis in Symbolo Apostolorum, scribit probabile esse, hanc particulam: Sanctorum communionem ab aliquo, Symbolo additam fuisse.

Decimò. Quod variè & vafre explicant communionem Sanctorum. Nam modo volunt significare communionem solum inter Sanctos, qui sunt in terra, modo communionem inter istos & Defunctos, sed exclusis Sanctis Angelis: modo congregationem Sanctorum, qui inter se habent societatem: modo communicationem donorum: modo communionem unius corporis & spiritus: modo unitatem inter Ecclesiæ membra. Videat lector haec & plura similia apud Henricum Vicum, De communione sanctorum. Tit. 3.

### Decimus Articulus est: Credo remissionem peccatorum.

**P**rimò, Apostoli & omnes qui nos præcesserunt Christiani fideles crediderunt Deum, propter Christi passionem & mortem omnibus verè pénitentibus gratiam conferre, & peccata verè remittere; ut iste articulus docet. At Euangelici aperte docent, peccata in hac vita nunquam verè dimitti, vel deleri: sed tantum inuolui ac tegi propter Christum, scilicet ne imputentur. Quantumuis enim aliquis lauacro regenerationis abluitur; & in Filium Dei adoptetur, semper tamen in eo manet concupiscentia; quæ ipsorum iudicio est verè ac propriè peccatum, etiam si consensus voluntatis non accedit; & quidem mortale, damnationem sempiternam secum afferens. Ita Cal. lib. 2. instit. cap. 8. Martyr in 7. cap. ad Rom. Bucerus in Actis colloquij Ratisbonen. Vide Caluino-Turcicum lib. 3. cap. I 3. Pag. 543. Ita isti faciunt Deum cæcum ut non  
E  
Videat

34.  
videat peccata quæ ecclæ latènt: faciunt iniustum, ut non imputet sanctis  
peccata ipsorum latentia: quæ non minus verè ac propriè sunt peccata, quæ  
ea quæ sunt impiorum. Certe scriptura clamat Deum odio habere impium  
& impietatem eius. Nemo autem est impius nisi ob peccata sua, si igitur  
in sanctis verè lateat peccata, eaque mortalia, quomodo sancti sunt: quo-  
modo impij non sunt? Quomodo peccata ista latentia eis non imputantur?  
quomodo non imputat Deus quodsummo odio habet?

Secundò: Quod doceant solis electis dari remissionem peccatorum, &  
præceptum Christi de baptizandis hominibus ad solos electos pertinere.  
Merito autem ab ipsis Caluinistis querit Conradus lib. I. art. I S. Vbi  
nam in Biblijs scriptum sit, quod soli Electi debeat baptizari? Item qui-  
bus signis probari possit omnes quos illi baptizant esse Electos?

Tertiò: Quod cum vera peccatorum remissio in adultis debeat in hac  
vita per pœnitentiam acquiri; ipsi docent ad peccatorum remissionem ob-  
tinendam pœnitentiam non esse in Ecclesia necessariam; neque ullam esse  
in hac vita peccatorum veram remissionem. Nam pœnitentia est neces-  
saria ad recuperandam Dei gratiam amissam, & reconciliandum hominem  
cum Deo: at Electi non possunt unquam per ullam peccata gratiam Dei a-  
mittere. Quamvis enim in omnia scelera se præcipitent, semper ipsis ma-  
nent amici Dei, & in gratia Dei: & ideo reconciliatione cum Deo, per  
pœnitentiam non indigent. Deinde non potest esse remissio vera peccato-  
rum quantumvis eos pœniteat. Quia omnis pœnitentia quæ in hac vita  
fieri potest tantum tegit iustorum peccata, non autem ea verè delet. Im-  
pij vero frustra est omnis pœnitentia: quia quantumvis pro ijs pœni-  
tentiam agant, semper tamen ipsis peccata ipsorum imputatur: nunquam  
teguntur ad infernum descendant: eo à Deo sunt præordinati & præde-  
stinati ab æterno.

Quarto: Quod remissionem peccatorum parvulis fidelium per Baptis-  
mum conferri negant. Siue enim baptizetur Infans, siue non: totus est  
sanctus, nō egens baptismo, si natus est ex parentibus fidelibus, etiam post  
mille generationes. Ait enim Beza, ut refert Conradus lib. I. art. I S.  
Infantes fidelium Deo gratos & acceptos esse: etiam si non bat-  
ptizentur. Et in Creophagia ait: Fidelium pueros ex fæderis for-  
mula ab utero coram Deo sanctos esse. Quibus si addas aliud do-

gma

gma Calvinisticum, scilicet electos non posse excidere à salute, nec amittere spiritum sanctum: nec peccare ad mortem: sequetur inter sanctos numerandos esse Cain, Cham, Esau, omnes impios Reges populi Dei in veteri lege: omnes infantes Turcarum & Iudeorum. Quia isti omnes habuerunt parentes fideles, aliqui ante, aliqui post mille generationes.

Hinc infert contra Bezm Conradus hoc absurdum: quod infantes isti fidelium ante Baptismū vera & salutifera fide in Christum præditis sunt: nam sine fide impossibile est quenquam Deo placere aut saluari.

Quinto: quod negant infantibus infidelium peccatorum remissionem per lauacrum regenerationis, & ingressum in Ecclesiam per Baptismū.

Beza enim ut refert Conradus loco citato docet, parvulos infidelium, ut Iudeorum & Mahometanorum si offerantur baptizandi, non esse ad baptismum admittendos: quia non sunt in fœderis tabulis comprehensi. Contrarium docent Lutherani apud Conradum ibidem, & affirmant Bezm hanc impiam assertionem suam non posse probare ex verbo Dei.

Sexto: Quod à multis negatur peccatum Originale in parvulis: ut ex Anabaptistis & Cinglio probat Bellarminus, Tom. 3. lib. 4. cap. 2. Et huius impie opinionis, adeò Calvinianos nō pudet: ut Rudolphus, Gualterus, eam quoque Apologia defenderit; ut ait Hunnius in Papismis.

Septimo: Quod doceant sola fide remissionem peccatorum acquiri & accipi. Ita passim Calviniani & Lutherani. Ad quam Hæresim stabilendam addidit Lutherus in Nouo Testamento Germ. vocem [sola] & ex verbo suo, verbum Dei fecit. Sed dicant nobis obsecro, qua fide, an Lutherana vel Calviniana; Anabaptistica vel Arriana iustificantur? deinde an fide historica vel miraculosa hæc peccatorum remissio apprehenditur? Non fide historica: quia hæc etiam in Demonibus reperiatur: non miraculosa, quia hæc impij & reprobis aliquando conceditur: ergo fide speciali iustificantur, que Dei misericordiam in Christo apprehendit: & qua quisque credit fide Diuina & Catholica sibi iam certissime remissa esse peccata sua: non autem illa generali fide qua credit Deum hominibus remittere peccata. Ita Beza in I. Cor. 13. Hanc fidem aiunt, solis electis dari, eamq; Beza vt superius artic. 8. diximus definit: certam & indubitatam scientiam salutis nostræ, per quam tam certi, de nostra salute sumus, quam est Christus Dei Filius de sua At cum hanc fidem habant nisi

beant (nisi ipsi mentiantur) omnes Caluinistæ & Lutherani: omnes Anabaptistæ & Arriani: omnes Trinitarij & Photiniani: omnes de-niq; sectæ Euangelicorum nostri temporis, valde reddimur perplexi in discernendis Electis, quibus solis, ut aiunt, datur ista fides Christum apprehendens. Nec potest ullis argumentis, indicijs, aut conjecturis Caluinianus vel Lutheranus alicui persuadere, se potius istam fidem habere, quam Anabaptistas & Arrianos, Photinianos & Trinitarios. Nam si externa argumenta querimus, ea non magis apparent in una sec-cta, quam in alia: Si internas revelationes admittimus & testimonia, quæ in cordibus eorum dictat Spiritus Sanctus: nulli (si ipsis credimus) firmiores revelationes internas, aut evidenter testimonia Spiritus Sæ-cti intus ad cor loquentis habent quam Anabaptistæ, & Samosatenses qui gloriantur se ad culmen & perfectionem Euangeli peruenisse: dum Lut-therani & Caluiniani in imo iacentes sordestant, nec profectum ullum in Euangeli faciant. Vide Caluino-Turcicum Pag. 378. lib. 3. c. I.

### Vndeclimus Articulus est, Carnis resurrectionem;

**H**unc Articulum non videntur credere Caluinistæ, & alijs ex Euangelicorum Grege, vt illis obijcit Conradus lib. I. artic. 20. Nam Curæ us in Spongia asserit Christi sanguinem, pro nobis in cruce fusum dudum dissipatum esse. Thomas Erastus Medicus & Caluinista Heidelbergensis in fundamentali sua declaratione, & alijs eius complices similiter asseuerant, sanguinem Christi pro peccatis nostris fusum, in terram ante mille quingentos annos computuirisse: nec amplius esse in rerum natura.

Eandem blasphemiam repetit Fridericus Aulachius Borussus Caluinista in sua Confessione in Conuentu provinciali, Rastenburgensi in Borussia exhibita. Et Caluinus vt superius Artic. 5. eos furere ait, & cum ratione pugnare, qui docent sanguinem Christi cum eius carne nunc coniunctum esse. Antonius quoq; Sadeel in secundo indice errorum Gregorij Valentini affirmat non posse, ex scripturis probari Christum sanguinem in cruce pro nobis fusum, in sua resurrectione resumpuisse. Quid ad hæc Conradus? Si verum, inquit, est hoc dogma Caluinistarum duo absurdâ sequi necesse est. Primo: genus humanum sanguine corruptibili-

& com-

& computrescente redemptum esse : contra I. Petri I. Secun-  
dò quod Christus contra Spiritus Sancti vaticinia viderit cor-  
ruptionem. Atq; hinc apparet, ait ille , Caluinistas , licet ore &  
scriptis affirment, tamen in corde suo non credere corporū re-  
surrectionem. Caluinus in Epist. ad Farellum Venerādum illum Co-  
apostolum & collegam suum sic loquitur. Quod tibi res incredibilis  
videtur huius carnis resurrectio nihil mirum. Quod autem hac  
ratione permotus sufficere statuis, si credas nos (non istis quæ  
iam habemus, sed alijs) nouis corporibus aliquando induendos:  
hoc à scripturæ doctrina alienum est. Quod si sub Euangelij primā  
fementem, in illo insigni Apostolo , ut eum Beza vocat, hic fructus tam  
cito erupit. post quinquaginta annorū maturationem quam probabile est,  
in magnitudinem immensam creuisse , & imbuīsse sectarios innumerabi-  
les. Neque mirum est Euangelicos negare resurrectionem corporum,  
cum se pīssimē negent animorum immortalitatem: ut mox dicemus. Cer-  
te Prateolus de Hæresibus p. Athei narrat , cum Genevæ consultare-  
tur de abolendo Rom. Pontif. Missa, & Purgatorio, vnum ex illis pīs  
& religiosis consultoribus dixisse. Dicamus animam vnā cum cor-  
pore extingui , sic Purgatorium cum Missa & Rom. Pontif. ses-  
mel abolebimus.

## Articulus 12. Vitam æternam.

Primo, Apostoli & alij qui illos secuti sunt Christiani, crediderūt fide-  
les gaudijs cum Christo frumento s sempiternis in coelis virtute morris &  
passionis Christi : ipsumq; portas coeli ab origine mundi ob peccatum pri-  
mi parentis clausas, primum aperuisse & ingressum esse. At Caluinis-  
tae, ut constat ex Calu. in Psychopannychia , & Beza lib. 2. contra Brē-  
tium de Christi Maiestate parte 2. appetē docent: Patres veteris testa-  
menti, & alios quo scūq; iustos coelos ingressos, & ibi beata quiete fruitos  
esse antequam Christus nasceretur, aut sua morte coelos referaret. Vnde  
& Christi animum in triduo mortis, negant ad lymbum vel infernum des-  
cendisse : sed in coelum, ad Patres Veteris testamenti ascendisse fingunt:  
ut latius circa Articulum 6, diximus.

Secundò, hanc vitam æternam quam S. Patres beatitudinē appellant: Caluinistæ, negant dari Piorum animis ante diem iudicij extremum. Nam Cal. lib. 3. cap. 25. ait: temerarium & stultum esse, de rebus incognitis altius inquirere, quam Deus nobis scire permittat. Inter res vero incognitas, ponit hæc duo; scilicet, disputare quomodo locum occupent piorum animæ post mortem, & an cœlesti gloria iam fruantur.

Itaque, Caluino & suis sequacibus, nondum cognitum est, ubi sint priorum animæ, & an iam gloria cœlesti fruantur. Ad hec lib. 3. cap. 22. ¶ 20. ait: Christum Sanctuarium cœli sic ingressum esse, ut solus populi eminus in atrio residentis vota ad Deū referat. Quis sit iste populus, qui in atrio eminus residet, & quorum vota Christus ad Deum refert, nisi populus Sanctorum? Qui si essent in Sanctuario cœli & Deum facie ad faciem viderent: non esset opus ut Christus vota eorum ad Deum deferret. Præterea ibidem ¶ 24. afferit; Animas Sanctorum; adhuc eadem fide & charitate nobiscum coniunctas esse. Vbi autem est fides, ibi certè non est visio, nec beatitudo, quæ in clara Dei visione consiliit. Et valde mirum est, quod non permittat Sanctos pro nobis in cœlis orare: quos nobiscum, eadem fide & charitate coniunctos esse affirmat.

Tertiò: Docent animas hominum esse mortales, ex quo cōsequitur nullam esse pro hominibus vitam æternam; nisi forte in isto novo Euāngelio possint esse homines sine animabus: aut vita æterna, esse sine vita & anima.

Brentius in Luc. cap. 20. apertè ait suos Euāngelicos in animo sentire, non esse vitam post hanc vitam; aut saltē de futura vita dubitare. Videat lector plura in hanc sententiam ex Lutherò & Brentio in Caluniturcismo lib. 4. cap. 5. Domanouius Minister Euāngelicus in Disputatione cum Patribus Societatis Iesu. Mense Octobri Anno 89. Polociae habita; interrogatus de animæ immortaliitate, clarè respondit eam mortalem esse, & una cum corpore mori. Hanc ipsam doctrinam quidam Euāngelicus in Thesibus Anno 1568. sine nomine Authoris vel loci impressus, clarè expressam orbi Christiano, tāquam Sacro sanctum quinti Euāngelij dogma credendum proposuit. Ex his Thesibus octaua est ista. Nulla est scriptura quæ dicat in morte fieri animæ alicuius separationem à corpore sed potius Iac. 4. ¶ 14. dicitur vita nostra annihis

annihilari. Decima vero est ista; Negamus aliquam animam post mortem manere: sed illud dicimus, ex cogitatum ab Antichristo ad statuendam suam culinam, per fictum Purgatorium & Inuocationem sanctorum. Nonne videtur tibi lector ista Thesis profecta ex illo Conciliabulo Genevensi, cuius supra ex Prateolo mentionem feci? Vbi obiter lector aduertat, quam firmis fundamentis nitatur Rom. Ponsificis Primatus, Misericordia, Purgatorium, Inuocatio Sanctorum, cum ab Euangelicis non possint aliter tolli aut eueri, quam per negationem immortalitatis animorum.

Quarto docent, in vita illa eterna, futuras cum Sanctis alijs in celo Etnicos qui nunquam fidem habuerunt: qui nunquam in Christum crediderunt: quos deniq; mundus hactenus habuit, pro hominibus damnatis ac perditis. Cinglius enim in Confessione sua ad Regem Gallie in loco de vita eterna fermo ad Regem conuerso ait. In vita eterna visurus es Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Nummam, Camillum, Catones, Scipiones. Erasmus quoq; in Colloquijs in Cœuiuo Religioso: Vix, inquit, mihi temporo quin dicam: Sancte Socrates ora pro nobis. Nec mirum, quia frater eius Lutherus in Colloquijs Mensalibus cap. 26. Tit. de Impugnationibus & tentationibus dixit; Sancte Sathan ora pro me. Hunc errorem tuentur multi Euangelici, quos refert & refudit Conradus lib. 3. art. 7.

Quinto, docet Lutherus in Colloquijs Mensalibus, cap. 49. Tit. de vita eterna; in regno celorum futuros canes, oves, boues, pisces & alia huiusmodi animalia, cū quibus ibi animi causa lusuri sumus. Et alibi, vt leges in Caluino-Turcismo lib. 4. cap. 5. negat immortalitatem animorum in hominibus: interim facit, canes & boues immortales in Regno celorum.

Sexto docent, hanc vitam eternam, sine ullo labore acquirendam. Sic enim habent propositiones Zuingliane, quas refert Caluino-Turcismus lib. 3. cap. 12. ex Tomo I. Zwingli in Arti. Disputationis Tigurnae: Omnibus vera & Euangelica fide præditis Deus obligauit & ast strinxit se celum tribuere: non opus est, vt pro eo assequendo laboremus. Iam nunc enim illud certò tenemus: ad illud tantum iuris prorsus habemus: quantum Christus ipse: nec nos possumus

mus damnari: nisi Christus damnetur: nec Christus saluari, nisi nos saluemur. At hoc quid est aliud, quam se Christo pares in gratia efficere in hac vita, & consequenter in gloria, in futura vita?

Septimo affirmant, omnes Euangelicos pares in gloria celesti cum Apostolis, cum B. Virgine, imo & cum Christo ipso, ut iam dictum est futuros. Sic enim Lutherus in I. Petri I. Tom. 5. Quia inquit, hac Euangelica fide renati, sumus filii & haeredes Dei, pares sumus in honore & dignitate D. Paulo, Petro, Deiparae Virginis, & Divis omnibus. Habemus enim eudem Thesaurum a Deo, bonaq[ue] omnia tam largiter quam ipsi. At hinc quid aliud sequitur, quam quod Lutherani sint tam magni in caelo, quam est ipsa Virgo Beata: imo Christus, siquidem se, pares Christo affirmant. Non sine causa quida Lutheri Discipulus de suo Magistro ita carmine scripsit.

Christus habet primas, habeas tibi Paule secundas

At loca post illos proxima, Luther habet.

Caluinistis vero nullum video hic a Lutheranis locum in caelis tributum, quibus tamen aliquem honoratum locum in inferno, cum Heresiarchis & demonibus non negabunt.

Alijs Argumentis ostenditur, nec Apostolos, nec eorum successores fuisse vñquam quinti Euangelij Professores.

### CAPVT. III.

**P**RIMO: fides Apostolorum fuit una. Hoc enim ait Apostolus: Vnus Deus, vna fides: at istorum Euangelicorum fides non est una: sed varia & multiplex, pro sectarum multiplicitate & varietate: non igitur poterit esse fides Apostolica quam isti presintur. Nam istius Quinti Euangelii Professores turpiter diuisi sunt in tres sectas principales, nempe: Sacramentarios, Lutheranos & Anabaptistas: quarum quilibet deinde in plures sectas inferiores diuiditur. Sacramentarii sunt in duplice differentia. Alii enim Veteres, alii Noui a Lutheranis vocantur. Veteres sunt: Carolstadius, Zwinglius, Oecolampadius, qui primi Anno 1542. cum Luthero ipso congressi, pugnam Sacramentariam primi exorsi sunt.

noui

Noui Sacramentarii sunt, Caluinus & Beza, & quotquot ipsis adhaerent. Caluinistarum seu nouorum Sacramentariorum secta diuisa est in Puritanos, qui & Consistoriales dicuntur, Caluinopapistas, Barouistas, Familiares, Clancularios, Politicos, Causarios, quae omnes secta in una parua Anglie Insula vigent & florent: de quibus vide Stapletonum in Triplicatione contra Vitakerum cap. 59. & Vlimbergium Causa 9. Vbi has sectas enumerant, & earum mutuas pugnas & rixas, non de lana ca-  
prina, sed de grauissimis fidei dogmatibus commemorant. Lutheranorum vero sectas non omnes, sed decem tantum recenset ibidem Vlimbergius, quorum nomina sunt ista, Antinomi, Osiandrinii, Stancariani, Maioristæ, Flaccianii, Synergistæ, Adiaphoristæ, Vbiquetarii, Substantiarii, Acciden-  
tarii. Dogmata singularum Sectarum poterit apud eundem legere qui volet. Anabaptistarum multiplices sectas quis scire cupit: apud Vlim-  
bergium Causa 9. copiosè cù suis dogmatibus enumeratas inueniet. Nun-  
quid inter Apostolos circa dogmata fidei eiusmodi erant sectæ, quales in-  
ter istos Euangelicos cernimus? Minime sane. Quin potius ut in Actis  
Apostolorum cap. 4. legimus multitudinis credentium erat, cor unum,  
anima una: cum istorum corda sint valde multiplicia & fæde inter se di-  
uisa.

Secundo, Apostoli erant de sua fide certissimi; isti autem sunt incer-  
tissimi. Nam vt taceam eorum dogmata blasphemia & pugnantia, que sus-  
perius circa singulos Symboli Art. breuiter attingi: de ipsis scripturis  
ex quibus solis ipsorum iudicio, pendet tota certitudo dogmatum fidei, ni-  
hil certi habent. Nam Epistolas Canonicas, Epistolam ad Hebreos, &  
Apocalypsim reiiciunt ut Apocryphas Lutherani, vt patet ex Centuria  
I. Magdeburgensis. & Confessione Vitemburgensis. & etiam Caluinistæ  
in Confessione Belgica, et Angli Caluinistæ in Articulis fidei in Sy-  
nodo Londonensi Anno 1562. communis consensu Pseudo Episcoporum  
& Clericorum Caluinistici conclusis ac determinatis: & iterum à Regimmo su-  
premo illius Synagoga capite, Anno 1571 confirmatis. Iste enim An-  
gli, Belge & Saxones, exprefse dicunt se nomine scripture sacra intelli-  
gere eos libros Canonicos Veteris ac noui Testamenti, de quorum autho-  
ritate nunquam fuit in Ecclesia dubitatum. At ipsis protestantibus cer-

etissime constat fuisse olim dubitatum in Ecclesia, de auctoritate Epistolarum Canonistarum, Epistole ad Hebreos & Apocalypsis. Iste igitur scripturæ, istorum iudicio sunt Apocryphae & non Canonicae. At has ut ipsissimum verbum Dei admittunt Calvinistæ fere omnes, & nominatim in Confessione Gallica eas enumerant: & hoc solo argumento admittant esse censuerunt: quod ut aiunt Geneuenses in Harm. Confess. in quadam annotatione ad Confess. Virtemburgen. communis totius Ecclesie Catholicæ consensu pro Canonis sint habita & recepta. Ex qua Annotatione constat iudicio Genevensium Ecclesiam Lutheranam, quæ has scripturas reiicit, non esse Catholicam. Sed neq; Calviniana potest esse Catholicæ, que alios reiicit Veteris testamenti sacros libros, ab eadem Ecclesia Catholicæ, & eadem auctoritate, qua illæ noui Testamenti approbatos. Nam ista Ecclesia Catholicæ quæ istas scripturas aliquando dubias recipit, & approbavit, non erat alia, quam Catholicæ Rom. Etenim Scriptas Lutherorum vel Calvinistarum Catholicam Ecclesiam esse, neutra secta unquam admittet, & nomen Catholicæ suis sectis usurpare nec ipsi audent, & pro opprobrio habent. Quanti autem faciant totius Ecclesie Catholicæ consensum isti Euangelici, vel unus Volphagus Musculus in locis suis communibus nos doctet, qui Epistolam Iacobi non obstante hoc totius Ecclesie Catholicæ consensu, de quo loquuntur Geneuen, ex alto despicit ut Apostolico spiritu plane indignam, & Paulo contrariam. Ad hec Calvinistæ in Anglia Lucæ Euangeliū & Apocalypsim, non obstante totius Ecclesie Catholicæ consensu, inter scripturas Apocryphas reiecerunt in Disput. cum Campiano, idq; auctoritate, ut aiunt, Concilii Laodiceni, in quo est omnissimum illud Euangeliū una cum Apocalypsi.

Vide Calvino-Turcicum lib. 2. cap. 14. Pag. 291. Beza historiæ mulieris adultere Ioan. 8. suspectam habet. Calvinus ut refert Feuardentius Prefat. Com. in Ruth. in publica Disputatione Geneuae cum vigeretur vehementer realis presentia ex 6. cap. Ioan. respondit; Nullis coniecturis adduci possum, ut credam istud totum & integrum quod circumfertur Ioannis caput esse reuera ipsius Ioannis Apostoli: & potissimum illa verba quibus toties inculcatur carnis manducatio. Praeclare sane. Quia Calvinus adduci non potest, ut credit illud caput esse Ioannis; ideo non erit Ioannis. Ideo vero non potest adduci

adduci, ut crédat, quia non fauet phantasticē carnis manducatiōē, quam Calvīnus sibi absque verbo Dei somniauit. Erasmus in cap. 2. ¶ 27. Matt. & in 2. Mar. non putat esse omnia vera, quæ Euangelistæ scriperunt. Et Zwinglius in Elencho contra Anabaptistas, non putat omnia esse sacrosancta, quæ sunt in Epistolis Pauli: Hæc est, inquit, ignorantia vestra, quod putatis cum Paulus ista scriberet Euangelistarum Commentarios, aut Epistolas Apostolorum iam in auctoritate fuisse. Quasi verò Paulus Epistolis suis iam tum tribuerit ut quicquid in eis contineretur, sacrosanctū esset: quod est Apostolis imputare immoderatam arrogantiam. At verò Lutherani & Lucæ Euangeliū & mulieris adultere historiam, ut Canonicas scripturas admittunt: Nec existimant cum Zwinglio & Erasmo esse aliquid in scripturis falso. & contra Calvinum credunt omnia quæ sunt in & cap. Ioan. de manducatione carnis scripta, & vera esse, & ab Euangelista scripta esse.

Tertiō, Apostoli non dissentiebant inter se de præcipuis Christianæ fidei capitibus: nec quod unus docuit, alter negauit aut impugnauit. At isti Euangelici de omnibus etiam summis fidei dogmatibus, atq; adeò de ipsis fundamento, ita inter se pugnant verbis, & publicis scriptis, ut vix ipsi Demones acerbioribus conuicti quenquam impetrere possent, quā ipsi semutuo perstringunt: ita ut parum absit, quin sepiissime ad arma inter eos ventum sit. Nam ex sedibus & ciuitatibus suis, iam pridem semutuo in variis locis Germaniae expulerunt: ut omnibus notum est, qui res Germanicas norunt. Et quia per summam impudentiam, & fronte planè meretricia Geneuenes in Prefat. ad Harmon. Confess. & Angli insua Apologia negant, hæc ipsorum dissidia esse de fundamento Religionis, aut plusquam de via re leui, afferam hic pauca testimonia, tam Lutheranorum quam Calvinistarum, que pudorem illis ( si tamē erubescere sciant ) incutient.

Sic igitur Conradus in Prefat. ad lib. suos de Calviniana Theologia scribit. Galuinistæ & ipsorum Patroni existimant nos cum ipsis de rebus leviculis disceptare. Sed D. Lutherus & nostrarū Ecclesiarū Doctores testatur certamē hoc esse de fundamento, & res ipsa loquitur. Nam nos certamus cum blasphemis & incredulis

44.

dulis Caluinistis de veritate verborum Iesu Christi; de omni potentia æterni Dei, de veritate humanæ naturæ in Christo: de maiestate carnis Christi: de testamento condito à filio Dei, de ascensione Christi in cœlum: de præsentia Iesu Christi in Ecclesia & sacra Synaxi: de sessione Christi ad dexteram Patris. Hæ certè controversiæ non sunt parui momenti. Imo ipsimet Sacramentarij interdum fateri coguntur, hanc disputationem pertinere ad fundamentum. Sic enim Curæus in Exegesi Sacramentaria Pag. 19, scribit: Verè controversia est de fundamēto, videlicet de duobus articulis fidei. Primo de articulo, qui docet in Christo unitas esse duas naturas: Secundo de Articulo; Ascendit in cœlum. Hæc ibi Conradus: qui etiam in tribus libris de Theologia Caluiniana, plures quam quadraginta articulos enumerat, de quibus inter se dissident Lutherani & Caluiniani. Ioannes Pappus Lutheranus in Responsione ad Orationem Ioannis Sturmij Caluiniani ita scribit: Agitur nūc inter nos de Omnipotentia Dei, de unione personali, duarū naturarum in Christo: de communicatione idiomatum: de corpore Christi gloriose: de ascensione eius in cœlum: de dextera Dei: de discrimine Sacramentorum Veteris & noui testamenti: de vi & efficētia Baptismi: de prærogatiua infantum, natorum ex fidelibus parentibus; de cœna Domini: de prædestinatione. De quibus omnibus articulis nemo pius, & doctrinæ Christianæ peritus negare potest: magnas inter nos controversias esse. Hæc Pappus. Cui respondens Sturmius, agnoscit rem ita se habere: sed addit omnes istas dissensiones ortas esse ex ubi- quitatis dogmate: quo, inquit, effectum est, ut nulla post hac sperāda sit Ecclesiarum concordia. Veniamus nunc ad Caluinistas, & videamus an idem in hac resentiant, quod Lutherani. Tigurini in Praefatione Apologetica Or. hodoxi Consensus ad Reformatas Ecclesias Germanicas ita scribit: Nec de sola cœna Domini, sed de Christi seruatoris nostri persona, de Diuinæ & Humanæ naturæ unione & distinctione: de corporis eius omnipræsentia: & eiusdem corporis quæ ore ac dentibus fiat, & tam pijs quam impijs communis sit, manducaione: & eius in cœlos ascensione & sessione ad dex-

ad dexteram Patris, tanto disputationis feroore contenditur, ut non paucæ veterum hæreses, quæ olim damnatae atq; extinctæ fuerunt: quasi ex inferis reuocatæ caput prorsus attollant. Et nō longè post. Quæ est, inquiunt, iniquitas doctissimos viros, & de Ecclesia Dei optimè meritos Zuinglium & Oecolampadiū ab his institutas Ecclesias: pro pessimis hæreticis damnari: tandem quia de modo corporis Christi in Eucharistia à Papistis & Lutheranis dissentient? His accedat Ioannes lesserius Caluinianus, qui libro de diurnitate belli Eucharistici anno 84. edito sic ait: Bels la multa multis de articulis gesta sunt, inde ab initio repurgatæ per Germaniam Ecclesiaz, ad hæc usq; tempora, & sane non à gregarijs nec leuis armaturæ militibus, sed ab Antesignanis & Ducibus utriq; præstatiissimis. Cui hæc non sufficiunt, legant Belum Quinti Euangelij Coloniae impressum anno 1595. ubi multo plura de istorum pugnis, & contentionibus inueniet, & simul nugatorias evasionses quibus sua dissidia Sadeel, Sutliuus, & alii Nouatores & Nugatores excusare conantur, clare depulsa reperiet. Quod si nobis non credunt, dissensiones ipsorum illis in os obiicientibus, saltim credant suis fratribus Lutheranis & Caluinianis, id clare assertentibus, & distincte eas enumerantibus. Et sane de his fidei capitibus, quæ ex ipsorum scriptis recitata sunt, Euangelici inter se verbis & scriptis publicis tam atrociter & pertinaciter ab initio sui Euangelii inter se pugnarunt, ut nullis colloquiis priuatis vel publicis; nullis cœnenticulis aut synodis unquam potuerint in concordiam & unitatem fidei redigi. Quod sane Apostolis quorum se fidem tenere, singulae sectæ iactitant aliquando contigisse, nunquam demonstrare poterunt. Imo eo usq; venerunt eorum dissidia, ut nulla sit posthac speranda Ecclesiarum concordia, ut ait Sturmius: nec finem sunt habitura ullum, nisi magnus dies Domini aduenerit: litetq; hanc diremerit, ut ait Conradus in Prohemio lib. I. Quod si ipsimet Euangelici non audeant sperare concordiam, usq; ad diem iudicii: nō est quod nos eam speremus. Pugnent igitur & se mutuis cōficiant vulneribus, donec veniat iudex controværiarum suarum, quem expectant.

Nam ut unquam inter istas sectas concordia villa fiat, est impossibile: ut in Bello quinti Euangelii cap. 9. clarissimè demonstrauit.

Quarto, Apostolorum fides, fuit sibi per omnia constans: nec uno tempore docebant unum, & post modicum temporis eius contrarium: nec fuit in rebus fidei inter illos est & non est: sed semper est est. Iti autem Evangelici, iuxta beneplacitum sui cerebri, passim suam fidem mutant: & quod uno anno apud eos est verbum Dei, altero anno aut paulo post est verbum Diaboli. Declarabo rem duobus manifestissimis exemplis, uno Lutheranorum, altero Calvinistarum. Vbiq[ue]as Corporis Christi Anno 1571. in Synodo Dresdensi profigata fuit & condemnata, tanquam renouatio omnium Hæresum, & profanatio omnium articulorum Symboli. At Anno 1580. hoc est intra decem annos post, in Synodo Virtembergensi, recepta est denuo tanquam expressum Dei verbum, & arculus fidei ab omnibus sub poena æternæ damnationis credendus: ut habet liber Concordiae illo anno editus. Calvinistæ, Angli & Scotti Geneuae anno 1558. libris editis & impressis docuerunt esse illicitum, mortuum, contra naturam, contra legem Dei & hominum, quod mulieres debent gubernare, aut iurisdictionem ullam habere vel exercere, etiam in rebus ciuilibus ac secularibus. At vero Anno 1559. sequenti, illi ipsi inuenierunt, sacris scripturis & omnibus legibus Diuinis & humanis omnino esse conforme, vt mulieres non solum regant in ciuilibus, sed etiam sint capita Ecclesie immediate sub Deo in omnibus causis, tam Ecclesiasticis quam secularibus, & qui hoc iuramento confirmare recusat, vitam, honorem, & omnia bona in Anglia perdere debet. Adiungam adhuc pauca alia similia. Nam omnia huius generis commemorare, requireret per se integrum librum. Vno anno Heidelbergæ, potuit Christus suum corpus in pluribus locis simul constituere, si voluerit: Alio anno Geneuae, non potest Deus id prestare per totam suam omnipotentiam. Vno anno licetum est & verbo Dei consentiens habere in Ecclesia Calvino Papistica in Anglia Archiepiscopos, Episcopos, Decanos, Archidiaconos, Canonicos: aliquot annis post talis politia Ecclesiastica est execrabilis inuenitio Papæ, & verbo Dei penitus contraria, vt Puritani in Anglia nunc prædicant. Vno anno Liturgia Anglicana, est sacrosancta, & conformis praxi & moribus Apostolorum: post aliquot annos, est tota illicita susperstitiosa & Papistica. Vide Staplerum in Triplicatione contra Villaker. cap. 19. Nonne tibi videntur isti Euangelici ex scriptura sacra facere narratum ce-

sum cereum, dum eam sic pro libito versant & vertut in omnes formas,  
Omnibus heresibus suis quatuor sibi inuicem contrariis seruire faciunt.

Quinto, Si Apostoli fuerunt Quinti Euangelii professores doceat nos obsecro, cuius sectae professores erat, an Lutherane, Calviniane, vel Anabaptisticæ? Omnes sectas simul profiteri non poterant, cum sint planè ex Diametro, sibi inuicem repugnantes. Si dixerint fuisse Calvinianos, negabunt Lutherani: si Lutheranos, inficiabuntur Calvinistæ: si Anabaptistas tam Lutherani quam Calviniani reclamabunt. Cuiuscunq; tandem sectæ Euangelicæ ex his tribus fuisse dixeris, quin Hæretici fuerint etiæ restrorum Euangelicorum iudicio negari non potest. Nam si erant Lutherani iudicio Bezae & aliorum, ut patet ex eius Responsonie ad Colloquium Mompelgarden: erant Eutychiani & Nestoriani. Tales enim Lutheranos esse, ibi docet & probat: Clamitant, inquit, Hunnius, in Papismis, Calviniani, nos Lutheranos in Manicheorum & Marcionitarum castra transisse: accusant nos de Eutychis Monothelitarum, & similiūm Hæreticorum impijs ac blasphemis erroribus. Sierant Calviniani seu sacramentarij: Hæretici erant manifesti iudicio Lutheri, Conradi, Stancari & aliorum. Sic enim de illis pronunciat Lutherus Thesi 27. anno 1545, id est uno anno ante mortem suam:

Hæreticos; inquit, serio censemus & alienos ab Ecclesia Dei Zuinglianos & Sacramentarios omnes: qui negant Christi corpus & sanguinem ore carnali sumi in Venerabili Sacramento Eucharistiae. Stancarus lib. de Mediatore: Omnes, inquit, Ecclesiae, quos isti reformatas per Euangelium filij Dei vocant, & fidem Geneuensem & Tigurinam tenent de Christo: Arrianæ sunt. Nec hoc, inquit, negari potest quod supra demonstratiuè probauit. Anno 86. prodidit liber Germanice impressus Ienæ sub hoc titulo: Admonitio ex verbo Dei, quod Calvinistæ non sint Christiani, sed tantum Iudæi & Mahometani baptizati. At quis sane metis vnu quam credat Apostolos non fuisse Christianos, fuisse Hæreticos, fuisse Arrianos, Eutychianos, Nestorianos, Manichæos, Marcionitas, Monothelitas, denique ab Ecclesia Dei alienos, sicut isti hic de suis fratribus Euangelicis vere affirmant?

Sexto, Si Apostoli erant professores huius Quinti Euangelij secundum  
Caluinum

Caluinum, Lutherum & alios sectarios ostendant nobis in scriptis Apostolicis dogmata ipsorum blasphema, & sibi iniucem contraria, siue Lutherana, siue Caluiniana (ut nunc de Anabaptistis taceam) quæ superius circa singulos articulos commemorauimus. Notent nobis ex eorum scriptis loca, capita, verba: hoc sane illis tam est impossibile, quam cœlum dîgito tangere. Nec enim Apostolica scripta, eiusmodi blasphemias continent: nec dogmata inter se ex diametro pugnantia docent. Nam dogmata Caluinisticæ in scriptis Apostolicis contineri: aut ex eis probabiliter posse colligi, negant in suis publicis scriptis ac concionibus Lutherani. Lutherana vero dogmata scripturis Apostolicis plane contraria esse: Caluinistæ suis libris & concionibus palam mundo testantur. Nos vero utriusque Sectæ mutuum de se testimonium omnino approbamus. Sane si dogmata Lutherana vel Caluiniana in scriptis Apostolicis extarent, valde profecto mirandum est tot sanctos Patres, tot Ecclesia Doctores, tot antiqua Concilia generalia & particularia non potuisse ea aduertere, aut inde ea eruere, sed potius dogmata illis plane contraria: cum tamen fuerint illi numero plurimi, natione diversissimi, linguarum peritissimi, scientia doctissimi, ingenio acutissimi, Spiritu Dei illuminatissimi, & in scripturis sacris residuè legendis, meditandis & exponendis diligentissimi.

Septimo, Si Apostoli fuerunt Lutherani vel Caluiniani, eorum quæ doctrinam & praxes tenuerunt & docuerunt: certè ipsa Euangelicorum Confessione fuerunt magna ex parte Papistæ & idololatreæ. Nam Hunnius in Papismis Caluinianorum scribit. Accusant Caluinistæ subinde nostras Ecclesias, & publicis scriptis traducunt, quasi Artolatriam Pontificiam, impium dogma operis operati, imagnum idololatricum cultum, & innumeratas alias, è Pontificatu suis pulas retineamus, & defendamus. Dum vero festucas, per calumniam nobis affictas, nostris ab Ecclesijs remouere conantur, ingentes Pontificalium errorum, trabes suis in oculis, libris, Ecclesijs oscitanter negligunt. Rursum Caluinistas, ait, adeo esse immemores ut in fingendis Papisticis festucis, quas de nostrarum Ecclesiarum oculis extrahere cupiunt, nulli parcant labori ac defatigationi: in considerandis autem suis decempedalibus Papisticae Idolomanie trabibus, quibus Sacramentaria porticus suffulta est

fulta est, omni cura, omni quæ attentione supersedeant. Clamat  
deniq; Caluinistas à Christo ad Antichristum prouocare: Papas  
tui semimortuo animam inspirare: vniuersæ Canonum, senten-  
tiarum, Decretorum machinæ qua Euangelium denuo euertas-  
tur materiam subministrare, dum petunt ut communis Synodi  
consensu liber Concordiæ approbetur & recipiatur. Hec ille.

Num verò ista quæ sibi mutuò asscribunt, Apostolis conueniant: ipsis—  
met iudicandum relingo.

OCTauò, si fidem Caluinianam vel Lutheranam, aut Anabaptisticam  
vñquam profesi sunt Apostoli, vtique eorum Discipuli ac immediati suc-  
cessores, eam quoque fidem tenuissent ac docuissent. At Euangelici nulli  
hactenus, quamvis sepe, multumq; à nobis rogati ex Apostolorum dis-  
cipulis vel successoribus vñquam preferre potuerunt: qui dogmata Luthe-  
rana, Caluiniana vel Anabaptistica credidit, docuit, aut scriptis afferuit.

Apostolorum Discipuli & successores quorum scripta adhuc extant,  
fere sunt isti. Ignatius, Abdias, Dionisius Areopagita, Clemès Rom. Mars-  
talis. Et in istorum scriptis tantum abest, vt Euangelium Lutheranum,  
Caluinianum vel Anabaptisticum inueniatur: vt prorsus oppositum con-  
tingant; etiam iudicic Lutheranorum & Caluinistarum. Ob quam etiam  
causam, istorum scripta, tanquam neniae vilipendunt: ac vt Apocrypha  
rejecièt. Adhaec Apostolorum Discipulos & successores, fidem Luthe-  
rana vel Caluinianam tenuisse ac docuisse, nō possumus aliter scire, quā  
vel revelationem Diuinam; vel viue vocis traditione, vel ex ipsis scriptis,  
vel ex aliorum authorum testimonio. Reuelationem nullam hac de re ha-  
bent Nouatores isti: viue vocis traditiones vt anilia deliria pañim reij-  
ciunt: scripta ipsorum, vt suis sectis contraria contemnunt: aliorum te-  
stimonia quibus probet illos fuisse Lutheranos, vel Caluinianos, vel Ana-  
baptistas nondum vñquam potuerunt, nec etiamsi crepent preferre vñq;̄  
possunt. Proferant vnum exillis, qui verbum Dei ita prædicauit, Sacra-  
menta ita ministravit, vt nunc prædicanter & administrat Caluiniani, Lu-  
therani, vel Anabaptiste: & nos quoque Papistæ obvijs vñnis eorum Eu-  
angelium amplectemur. Sed hoc illi nunquā præstabunt: etiam si quot-  
quot sunt in toto Orbe Catholici, se ipsis Euangelio adhesuros iureiu-  
rando promitterent. Causa in promptu est, quia non possunt. Manife-  
stam

Stam enim contradictionem involuit, aliquem esse Discipulum & Successorem Apostolorum in doctrina: & simul esse professione Calvinianum, Lutheranum, vel Anabaptistam: Cum istorum dogmata non solum sunt Apostolicis decretis, sed suis etiam placitis contraria, & se mutuo iugulantiis.

Nonò. Extat nunc, & etiam tempore Apostolorum extabat, triplex Missa Apostolica. Una D. Iacobi, que passim venalis habetur: alia D. Mathei, que lingua Aethiopica, & etiam latina interpretatione habetur, ut docet Genebrardus in Chronico Tertia Clementis, cuius est mēio lib. S. Constit. Apostolicarum cap. 16. & 17. que & D. Petri fuisse putatur: nunquid Liturgiae Calvinistarum vel Lutheranorum, sunt istis similes? An non sunt fere in omnibus dissimiles? Nunquid istas Liturgias admittant Euangelici ut Apostolicas? Minime sane. Imo eas ut fictas, superstitiosas & A postolico spiritu indignas rejeciūt: nec ullam alias que Apostolica sint preferunt, aut preferre possunt.

Decimo. Negare non possunt, nisi per summam impudentiam, cum id testatur omnes penè scriptores, à tempore Apostolorum: duos præcipuos Apostolos, Petrum & Paulum, Romanam Ecclesiam, sua prædicione fundasse: & Romanis fidem à se predicatam, suo sanguine obsignata reliquisse: Romanosq; Pontifices Petro in Rom. Pontificatu successisse: at fides quam Petrus & Paulus Romæ predicarunt: & post se in cordibus fidelium Romanorum reliquerunt, non fuit Calviniana, Lutherana, vel Anabaptistica: sed eadem, quam modò tenet Romana Ecclesia: que religionem à Petro & Paulo Apostolis acceptam nunquam mutauit. Et quidem quod primis sexcentis annis fidem Apostolicam non mutauerit, præter inumeros antiquissimos & grauiissimos authores, qui id testantur, de hac veritate, testimonium nobis præbent, ipsimet Quinti Euangelii Professores non postremi. Nam Calvinus lib. 4. cap. 2. ¶ 3. aperte fatetur Sanctos Ecclesiae Doctores merito contra Hæreticos ursisse, A postolorum successionem; Quia, inquit, extra controversiam erat, nihil à principio usq; ad illam ætatem mutatum fuisse in religione. Et cum Sanderus in Monarchia visibili ostendisset ex Paribus, qui intra sexcentos annos post Christum vixerūt Pontif. Rom. non esse Antichristum, nec fuisse toto illo tempore, mutatam in Rom. Ecclesia fidem ab apo-

ab Apostolis acceptam. Vitakerus contra eum scribens, pag. 35. & sequentibus, fatetur, Patres sexcentorum annorum vere locutos: Ratione addit: quia toto illo tempore Ecclesia pura fuit & florens: & inviolabiliter docuit & defendit, fidē ab Apostolis Petro & Paulo traditam. Quod Vitakerus nobis dat, nos libenter accipimus: totos sexcentos post Christum annos Romanam Ecclesiam fidem nunquam mutasse: quod sane constat tum ex continua & non interrupta Rom. Pontif. successione, & aliorum fidelium, tum ex omnibus scriptoribus sacris vel prophanicis, qui unquam de religionis Christianæ mutatione scripsierunt.

Ostendant Euangelici si possunt Rom. Ecclesiam ullū unquam dogma fidei, primis illis sexcentis annis, aut postea usque ad nostra tempora, mutasse & vicerunt. Proposui ego anno 90. nostris Ministris Polonis & Lithuaniae Calvinistis & Lutheranis, Questiones 74. in quibus inter alia ardenter petebam, ut tandem aliquando aliquam alicuius dogmatis in Rom. Ecclesia mutationem factam, vel leui aliquo indicio notaret & indicarent. Sed hucusque ad hanc meam petitionem sunt muti ut pisces, licet iam octo anni praterierunt. In promptu causa est, quia non possunt. Durero hoc grauiter urgenti, Vitakerus pag. 265. ita respondit. Quod quæris quaestate vestra superstitione in Ecclesiam irreperserit: & quia Patres restiterint, non est necesse respondere. Vestra dogmata non esse Apostolica, ex scripturis intelligo: quo vero tempore & quemadmodum quæc superstitutionis huius particula inualuerit, id mea nihil interest. O stupidum hominem, in re tanti momenti, & ex qua pendet victoria cause tua & tuorum: non est necesse tibi respondere. Non respondeas infelix homo, non quia non est necesse, sed quia non potes. Nam in rebus multò leuioribus, multa soles parum ad propositū respondere, & ineptie effutire. Certe ad hoc asylū ignorantiae Euan gelicæ, nullus est asinus tam stupidus, qui confugere non potest, quando respondere nescit. Dicis te ex scripturis intelligere, dogmata nostra non esse Apostolica: & ego ex scripturis intelligo te turpissem, quod tibi nouum non est, in hac rem mentiri, ut iam pridem demonstrarunt Sonnius, Tapperus, Canisius in opere Cathechistico maiori: deniq; Belarmi nus, & alij quos tu si potes ex scripturis refelle. Et non aduertis Doctor indocte, hoc esse petere principium. Hoc enim est, quod inter nos in con-

trouersia positum est: utrum dogmata nostra vel vestra sunt Aposto-  
lica? Tu assumis tanquam certum, quod tibi maximè erat probandum.  
Certò tua dogmata non esse Apostolica, etiam si nos taceremus, satis de-  
monstrarunt Lutherani, & ob illam causam, heretica ea esse pronuncia-  
runt. Tu lege Conradum lib. de Theologia vestra Calviniana, & refelle se-  
potes.

Vndeциmó, Ecclesia ipsa Apostolorum, & quæ succedit Apostolis,  
fuit visibilis; habuit prædicatores & auditores verbi Dei visibiles: ha-  
buit qui Sacramenta salutis hominibus in locis certis & cognitis, in regi-  
onibus visibilibus, visibiliter ministrarunt: at Nouatores isti, ab orbe  
condito, nullam habuerunt Ecclesiam visibilem, nullum Sacramentū vi-  
sibile: nullum prædicatorem, vel auditorem visibilem: nullum denique  
angulum in toto orbe terrarum nominare possunt, imò ne unum tugurio-  
lum rusticum, ubi Maiores ipsorum more Calvinistico, Lutherano vel  
Anabaptistico verbum Dei prædicarunt, aut Sacramenta ministrarunt.  
Sed ingenuè fatentur, suam Ecclesiam, quæ ex solis electis constat, ha-  
c tenus latuisse in Papatu Romano, idola coluisse. Antichristo mille quin-  
gentis & amplius annis seruiuisse: donec his nouissimis temporibus De-  
us electos suos Lutheranos, Calvinianos, Anabaptistas inde eruerit: &  
visibilem Ecclesiam nō unam, sed triplicem scilicet Calvinianam, Luthe-  
ranam & Anabaptisticam ex eis sibi constituerit. Ita scribunt Geneuen.  
in Annotatione quadam ad Harmoniam Confessionum. Ex quo sequitur  
omnes ipsorum electos totis mille & quingentis annis, in Papatu demore-  
sos latuisse, & penitus perisse in eternum: nisi forte isti electi habuerint  
aliquid præ ceteris peculiare à Deo privilegium, ut etiam si colerent idola,  
& Antichristo seruirent in Papatu Rom. nihilominus salvi fierent. Quod  
non dicent opinor. Nec satis cum Calvinio conueniret, qui lib. 4. cap. I. ¶  
4. scribit: extra gremium visibilis Ecclesiæ (qualem isti Sectarij  
nunquam usque ad Lutherum habuerunt) nullam esse sperandam pec-  
catorum remissionem, nullam salutem.

Quod Ecclesia Primitiua dogmata protestan-  
tium non profitebatur.

### CAPUT III.

**P**rimò, quia si Ecclesia primitiva dogmata Protestantium professa est, certè illa Ecclesia debuit esse Calvinistica, Lutherana, vel Anabaptistica: at nihil horum verè dici potest: non fuit igitur illa Protestantum Ecclesia. Calvinistæ non concedunt illam fuisse Lutheranam: Lutherani negant fuisse Calvinisticam. Anabaptisticam fuisse neutra Secta admittet. Quamcumq; Ecclesiam ex his tribus sectis fuisse dixeris, quin has rei causa fuerit, negari non potest: cum isti Sectarij Ecclesiæ suas, sepius me in publicis suis scriptis Hæreticas pronunciarint.

Secundo, quia Ecclesia primitiva fuit una: istorum Ecclesia est trisplex: ita tamen ut quelibet habeat sub se alias Ecclesiæ particulares, seu sectas sibi inuicem planè repugnantes, quas supra commemorauimus.

Tertio, Ecclesia Primitiva, semper fuit visibilis: semper apparuit: semper verbum Dei predicauit: semper Sacra menta ministrabat, etiam in maximis persecutionibus tyrannorum & Arrianorum, per primos sexcentos annos: quod Euangelici omnes fatentur, & Magdeburgen, in suis Centurijs pa sim testantur: at Protestantes, ullam omnino Ecclesiam visibilem: nullum prorsus habuerunt hominem: qui more ipsorum verbum Dei predicauit aut Sacra menta ministravit, usq; ad aduentum Lutheri, Calvini, & aliorum Hæreticorum nostri facili. Et illorum Synagoga ( si quatalis unquam fuit in mundo ) facta est mille quingentis annis, penitus tamen mundo inuisibilis, abq; vlla persecutione aut certe longe mitiori & breviori, quam passa est Romana Ecclesia à Tyrannis & Arrianis.

Si querimus quæ fuit causa, cur ex visibili ( si tamen unquam fuit aliqua Euangelicorum Ecclesia visibilis ) facta sit inuisibilis? Respondent ob persecutionem Antichristi Romani. Sic Gregorius Zarnouius in Questionibus. At si ob persecutionem facta est inuisibilis: non fuit vera Christi Ecclesia, quam nulla persecutio potuit unquam prostertere: nec aduersus eā portæ inferi preualere. Et potestne in orbe toto inueniri Ecclesia, que grauiores aut plures, aut magis diuturnas persecutions passa sit, quam Romana partim ab Eithnicis, partim ab Hæreticis per sexcentos circuer annos perpetua est? Nec tamen propriea unquam facta est inuisibilis. Sed & hec responsio, seu potius fruola euasio parum consonat cum iis quæ scribit V itakerus lib. 3. cōtra Durœum. Nostra, inquit, Ecclesia, ( Calvinianam suam proculdubio intelligit, nam Lutheranam

*suam esse non agnoscit*) nunquam sic latuit, quin eam Pontifex tuus senserit: nisi forte vmbrae erat, quas tam multis saeculis persecutus est. Et lib. 7. ait: Historias quae ante Apostasiam a Spiritu sancto predicta, editae fuerunt; nostrae Ecclesiae (Calvinianae) res gestas prescripsisse. Deinde post Apostasiam inuestigata, & Tyrannidem Antichristi constitutam: nullus unquam historiam conscripsit: qui non Ecclesiae nostrae (Calvinianae) doctrinam, mores, aduersarios commemoret. Si ita est, non est tam noua ut Lutherani putant: qui inter alias causas innumeratas, ob quas scribunt non posse Calvinianae Ecclesiae se, associare, unam ponunt: quia noua est, & recentis orta. Si ita est, cursus sunt muti ut pisces, cum petimus ab eis, quis ipsorum Euangelium ante Lutherum in aliqua plaga mundi predicauit? Si ita est, cur non clare dicunt nobis ex his qui sub Antichristo persecutionem passi sunt; istum predicasse Euangelium Lutheranum, istum Calvinianum, istum Anabaptisticum, istud omnia tria simul? Si ita est, ut quid tam multa nugantur, passim in scriptis suis de Ecclesia latitante, de paucis reliquiis Ecclesiae, de electis Dei seruatis sine ulla Ecclesia visibili, sine verbi predicatione vel auditione, sine Sacramentorum administratione vel susceptione. Habemus enim hic clarè ex Vitakero Calvinopapista, & professore Academico Ecclesiam Calvinisticam nunquam latuisse: semper visibilem fuisse: omnibus saeculis persecutionem ab Antichristo perpeccam esse: quam pati non potuit si latuisset, aut innobilis fuisse. Num vero isti, qui persecutionem omnibus saeculis passi sunt, Calvinistæ fuerint, vel Lutherani, aut Anabaptistæ suo loco diligenter examinabimus.

Quarto, quia Ecclesia primitiva, celebravit Sacrum more plane Papistico, ut patet ex Liturgijs Sanctorum Patrum Graecorum & Latinorum, quas reperies apud Sanctesimum & Pamelium. At Protestantes istas Liturgias ut supersticiosas, & Apocryphas auersantur: & alias illis plane repugnantes, sibi fixerunt: nec aliquam formam seu Liturgie in primitiva Ecclesia usurpatam unquam proferre possunt, & suas Liturgias novas mutuo execrantur: ut Illyricus Calvinisticam, Calvinistæ Lutheranam, Puritanæ & Geneuenses Calvinopapisticam in Anglia. Illyricus Confessionem Martinistarum defendens cap. 17. Calvinistarum,

ait Li-

at, Liturgia non uno sacrilegio vitiata est, & contaminata: eaque  
 (proh dolor) innumeris animas aeterno exitio inuoluit. Plura  
 de Liturgia Caluinistarum lege apud Conradum lib. 3. de Theologia Calui-  
 nistica. Liturgia illius reformatissimae Ecclesiae Anglicane vocatur a Pu-  
 ritanis Missale Anglicanum: aiunt ex Papistico Missali & Bre-  
 uiario confarcinata: manifesta mendacia, impias battologias.  
 Iudaicas ceremonias continere: in ea verbum Dei Phantasticè,  
 prophanè & ethnice tractari: Sacramenta cœnæ & Baptismi im-  
 piè ministrari: preces fieri in ea partim falsas, partim stultas,  
 partim superstitiosas. Vide Caluino-Turcifsum lib. 2. cap. 15. pag.  
 341. Et qui sunt isti, qui sic bellè inuehuntur in istud Missale Anglica-  
 num? nisi ipsi met Caluinistæ, qui primò illud finxerunt. Et quid Catho-  
 licos de eo sentire par est, quando ipsi eius authores illud sic execrantur:  
 & abominantur. Mibi sane valde mirum videtur quod primitiua Ecclesia  
 Sacra menta ministraverit, ut ipsi: verbum Dei prædicauerit ut ipse (sic  
 enim ipsi passim iactitant) nec tamen istis integris septuaginta annis,  
 quibus cœperunt caput attollere, & lucem aspicere, unam aliquam vete-  
 rem Liturgiam, similem ipsorum Liturgijs: vel aliquod volumen concio-  
 num simile cōcionibus Caluinisticis, Lutheranis aut Anabaptisticis pro-  
 ferre possunt. Cum tamen apud Pares & Doctores primitiæ Ecclesiæ  
 quam communiter intra primos 500. annos concludunt sextent innu-  
 merabiles Homeliae & sermones ad populum, in quibus nulla reperitur  
 mentio huius quimi Euangeli: & ex quibus clare constat, quam doctri-  
 nam populo prædicauerunt, nempe Papisticam; non Lutheranam, Caluini-  
 anam aut Anabaptisticam.

Quinto, Quia Ecclesia primitiua nunquam tenuit aut docuit dogmata  
 ista Lutherana, vel Caluiniana, vel Anabaptistica, que mox recensebo;  
 & in hac re pro nobis feret, sententiam, una queq; secta contra aliam.  
 Et sane, si docuissest non potuisset effugere notam heresis, cum ipse ista sua  
 dogmata pronuncient esse heretica. Dogmata Caluinistica (que nunquā  
 docuit Ecclesia primitiua) sunt ex multis ista. Quod Deus per suam ome-  
 nipotentiam non possit efficere, ut Christi corpus sit simul in pluribus lo-  
 cis. Quod Christus sit ita coelo inclusus & affixus, ut ante diem iudicij as-  
 libi esse non possit. Quod mulier iure Diuino sit caput Ecclesiæ in omni-  
 bus cau-

bus causis Ecclesiasticis: & qui hoc recusauerit iuramento confirmare, mori debeat: & bona omnia una cum fama & honore amittere. Quod filii parentum fidelium noscantur sancti ex veteris matrum. Quod filii fidelium baptismi non egeant, sed sine eo saluari possunt. Quod fides semel habita, non possit rurquam amitti, etiam si quis neget Deum ipsum, & omnia peccata mundi commitat. Quod Christus non sit mortuus pro omnibus hominibus sed pro solis electis Calvinistis. Quod maximam partem hominum Deus nolit credere in Christum, nec saluari, sed eos ad damnationem aeternam occulto suo iudicio creauerit & ordinauerit. Quod descensus Christi ad Inferos, nihil sit aliud, quam pati dolores inferni in cruce: vel, corpus eius recondi in sepulchro post mortem. Quod sanguis Christi quo redempti sumus, iam non extet, sed ante mille quingentos annos cōputuerit. Quod Infantes Iudeorum & Mahometanorum, non sint baptizandi, quia non sunt in tabulis federis. Quod in celo erunt Ethnici, qui fidem nunquam habuerunt, nec in Christum rurquam crediderunt. Deniq; quod Deus sit auctor, inventor, impulsor, & effector peccatorum omnium quae sunt in mundo: mali verò homines & Dæmones, sunt tanum Dei ministri in his operandis. Dogmata Lutherana, primitiue Ecclesia ignota, sunt ex multis ista. Quod homo Christus non sit omnipotens. Quod eius corpus sit ab instanti creationis ubique. Quod ascensio Christi in celos, non sit aliud quam disparitio quædam ex hominum oculis. Quod in Christo sint duas personæ. Quod natura diuina suas proprietates naturæ humanae communitauerit, ut omnipotentiam, omnipresentiam, omnimoditatem. Quod natura Diuina sit in cruce passa & mortua. Quod inferi sunt in superioribus locis mundi: coeli verò in infimis terræ cavernis. Quod fides quolibet peccato mortali amittatur. Quod nullum sit peccatum preter infidelitatem seu incredulitatem. Quod bona opera perniciosa sint saluti. Quod infantes ante Baptismum actu credant, & fidem habeant. Hæc dogmata nec pauca sunt nec levia, nec eiusmodi, ut ea primitiua Ecclesia, sine certissimo Salutis discrimine potuerit ignorare: si vera sunt & Apostolica, ut isti Sedlarii passim docent. De Anabaptistarum dogmatibus, quid attinet loqui cum ea primitiua Ecclesia prorsus ignota fuisse, tam Calvini, quam Lutherani non negent.

SEXIO. Quia Ecclesia primitiua orabat pro mortuis; inuocabat sanctos, &

Etos, & inuocandoſ esse docuit: Sacrificium corporis & ſanguinis Christi, Deo in Missa offerebat pro viuis & mortuis. Christi corpus per panis & vini conuersionem, realiter in Euchariftia præſens eſſe credidit: alteria habebat: chriſmate vtebatur: in Baptismo exorcismos & alias ceremonias adhibuit: vt paulo poſt ex Euangelicorum confeſſione oſtendemus. At hæc Euangelici nostri detestantur, vt ſuperflitioſa & verbo Dei ſcrip-  
to aperte falsa illorum perſuafione repugnantia.

Septimò, Inter veriſimmas & certiſimmas notas ſue Euangelice & Protestantice Eccleſiae ponunt omnes communiter, has duas: ſinceram verbi Dei predicationem, & legitimam Sacramentorū administrationem: At primitiua Eccleſia nec ſincere, prædicauit verbum Dei, ſed multos & graues Euangelicorum ſententia errores admifſuit, vt de precibus pro mortuis, ſanctorum inuocatione, & alijs dogmatibus iam diximus: & in sacramentorum administratione grauiter iþorum iudicio errauit. Nam vt ait Caluinus: Veteres in cœnæ celebratione, ritum Iudaicum propius imitati ſunt, quam Christi institutio feret: & in Baptismo, exorcismo, oleum, inſuflationes, ſal, & huiusmodi ceremonias extra verbum Dei adhibuerunt. Non igitur fuit iſla Eccleſia primitiua Protestantica. Protestantēs enim ſinguli pro ſua ſecta paſſim gloriāntur in ſuis Eccleſiis verbum Dei ſincere prædicari, ſine ullo dogmate falſo: & sacramenta pure administrari, ſine ullâ Superiſtione Papistica. Et ſanè ſi habuiffet Eccleſia primitiua, has notas vera Eccleſiae quas communiter aſſignant iſti, adhuc ſupereruſſet magna & interminabilis qnæſtio vtrum fuifſet Lutherana vel Caluiniana, Anabaptistica vel Arriana. Nam has notas ſinguli ſectarij ſuis ſectis arrogant, alijs vero adimunt. Etenim ut ſuperius punc̄to 4. & 5. oſtendimus, grauiter ſe mutuo accuſant, quod multa dogmata heretica prædicent; & quod Sacramenta impie, profane, & ethniſe adminiſtrent.

Octauo, Magdeburgenses in ſuis Centurijs præſertim in ſex primis, diligentiſime inquisierunt Eccleſiae primitiua originem progressum, doctrinam, predicationem, Sacramenta adminiſtrandi modum, & reliquos religionis Christiane ritus, ceremonias & exercitia. Et tamen toto iſlo ſuo labore, ſtudio, & industria non inuenierunt ibi Eccleſiam ſuam Lutheranam; ſed noſtram Catholicam: quam clare nobis delineant, dum in

singulis Centurijs notant Ecclesie nostrae Episcopos, Patres, Doctores & prædicatores, quos nos ut nostros amplectimur & reueremur: ipse vero despiciunt & reijciunt: quique more nostro Catholico non solum verbum Dei prædicarunt, sed etiam Sacra menta ministrarunt: nullum vero Episcopum, Doctorem, Prædicatorem per omnia Lutheranum, Caluinianum vel Anabaptistam inuenient. Sane si in primitiæ Ecclesiæ historia aliqua Protestatæ Ecclesia potuisse inueniri, proculdubio isti inuenient qui tot volumina Patri, Doctorum & aliorum scriptorum tam prophætorum quam Sacrorum tanto studio, labore ac diligentia euoluerint: ut suas Centurias consarcinarent. Et ut demus eos in historijs inuenisse, & in suis Centurijs delineasse nobis Ecclesiam non Papisticam, sed Protestantam, semper urgebimus illos, ut clare & sine tergiversatione aliqua, nobis dicant: virum illa Ecclesia fuerit Caluinistica, Lutherana vel Anabaptistica. Nam istas tres Sectas inter se, tam in dogmatum prædicatione, quam in sacramentorum administratione dissecetas: in unam coire Ecclesiam, ut volunt Angli in sua Apologia, Geneuenses in Prefat. ad Harm. Sadecl contra Ariurum, impossibile est: nisi dicere velis Arrianos, Samosatenos, Eutychianos, Nestorianos, & similes hereticos unum cum Catholicis Ecclesiam, olim constituisse, aut nunc constituere posse. Nam dogmata damnata istorum hereticorum veterum clare profiterentur noui isti Euangelici, nisi ipsi metucentur, & falsisibi inuicem in scriptis suis obijciant: & in sacramentorum administratione nulla est inter alios, ut supra diximus, concordia.

Nono, Ecclesia Primitiua fuit una & uniformis quo ad dogmata: Sacramentorum numerum & eorum administrationem: quod ipsi met Euangelici nisi per summam impudentiam negare non possunt. At isti Nouatores, ut sepe diximus, dogmata plane ex diametro sibi inuicem repugnaria docent, idq; in summis fidei articulis: nec in numero sacramentorum conueniunt: cum modo duo, modo tria, modo quatuor constituam: & sacramenta modis ita diversis administraret, ut non modo ob eam causam Lutherani Sacramentarios, sed ipsi met Sacramentarij Geneuenses, Caluinopapistas in Anglia condemnent. Et quomodo possunt isti unam Ecclesiam constituere, qui se pro fratribus nunquam agnoscere voluerint. Refert enim Conradus lib. 3. art. 13. Lutherum, Philippum & Brentiū in Colloquio

loquio Marpurgensi Anno 1529. noluisse Cinglium, Oecolampadium & alios Sacramentarios pro fratribus agnoscere : licet id Cinglius cum Lachrimis petierit. Idem testatur Lutherus in Epist. ad D. Iacobum Prepositum Anno 30. scripta; eius verba refert Conradus ibidem artic. 15. In eo Colloquio Lutherus sepe obiecit Sacramentarijs. **Vos** alium spiritum habetis quam nos. Quæ verba Sacramentarij agrè ferebant. Spiritum autem mendacij regnare in Calvinis fuis, Passim Conradus dicit & probat. Deniq; in Colloquio Mompelgarrensi, Beza cum suis Calvinistis non potuit extorquere à Smidelino & Lutheranis ut pro fratribus agnoscerentur. Ad hæc Conradus, ubi supra Artic. 13. Nullum, inquit, est dubium, Cinglianos in decimo articulo Confessionis Augustanae damnatos esse à nostris: atque hac etiam de causa peculiarem confessionem segregantes se à nostris Ecclesijs conscripserunt. Controuersiam vero de illo articulo pertinere ad fundamentum religionis, Conradus non uno in loco, nec uno testimonio aduersariorum suorum probat. Deniq; totus ille articulus decimustertius, qui est de Confessione Augustana, non aliud probat, quam Sacramentarios Confessionem Augustanam in multis articulis & vicissim Lutheranos Sacramentariorum Confessionem in pluribus articulis semper condonasse: ut iure mirari possis impudentiam Geneuensum, qui absq; illa fronte ausi sunt Lutheranorum & Sacramentariorū pugnantes Confessiones in unam Harmoniam, reclamantibus Lutheranis (qui negant esse inter illas Confessiones Harmoniam ullam) compingere. Et tamen magis, quod ipsimet Tigurini in Præfatione Orthodoxi, consensus agnoscant, & aperte fateantur suas Ecclesijs à Lutheranis pro pessimis Hæreticis esse damnatas. Et merito sane sic iudicant. Nam una sola hæresis sufficiat tollendam vim, naturam & notionem Ecclesie; ut faciatur sane Eti Patres & Conradus cum Lutheranis suis: imo & ipse Apostolus 2. Corin. 6. dicens; quæ societas luci ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? quæ pars fideli cum infidelis? Et ratio ipsa distat, neminem posse simul esse Catholicum & Hæreticum, fidem & infidem. Quomodo ergo potest esse una Ecclesia, in qua non una hæresis, sed plurimæ, & non leues, sed grauissimæ, de summis fidei capitibus vigent: quod mutua Euangelicorum testimonia aperte nos docent. Nam apud Conradum passim in-

uenies (qua de re ipse grauitate conqueritur) Lutheranos à Caluinistis  
vocabi Nestorianos & Eutychianos, & doctrinam eorum excrementum  
Sathanæ: Caluinistas vero & Cinglianos à Lutheranis nuncupari Arri-  
anos, Hereticos, Iudeos, Mahometanos, porcos Sacramentarios, com-  
mune iam & tritum est. Quam vero sunt concordes in sacramentorum  
administratione, vel hinc perspicere licet: quod nimurum Lutherani, nuni-  
quam permittuntur in Ecclesiis Caluinistarum, more suo Lutherano, ver-  
bum Dei prædicare, & Sacramenta administrare vel suscipere: nec vicissi-  
sim Caluinisti in Ecclesiis Lutheranorum, ut in hac urbe Vilneni, dili-  
genter obseruari videmus. Cum tamen inter Catholicas, nihil unquam tale  
conficiatur. Nam Dominicani & Franciscani, quos nobis falso & im-  
puidenter sepe tanquam grauitate inter se, & de re grauissima dissidentes  
obiiciunt: in utriusque ordinis Ecclesiis verbum Dei eodem modo prædi-  
cant: Sacramenta eodem modo ministrant & suscipiunt. Atque hinc pas-  
tet impudentia incredibilis Caluinistarum, qui non obstante hoc grauissi-  
mo ac diuturno, & interminabili dissidio inter Lutheranos & Caluinis-  
tas, de summis articulis fidei: audent nihilominus eos in unam Ecclesiam  
compingere: dissidium eorum tanquam de unione eaq; leui extenuare, fra-  
tres esse pronunciare, eorum Confessiones in unam harmoniam, reclaman-  
tibus publicè & passim ipsis Lutheranis intrudere. Fecerunt hoc Angli  
in sua Apologia, Geneuenses in Prefat. ad Harmoniam, Sadeel contra  
Assertiones Posnanienses. Sed non mirum est, istos Sacramentarios in  
unam Ecclesiam Caluinistas & Lutheranos aggregare, & concludere:  
cum in uno & eodem cœlorum Regno, Christianos & Gentiles, fideles  
& infideles, ut Herculem, Theseum, Numam, &c. collocare audeant;  
etiam si fidem nunquam habuerint, & flagitiosè ac perditè vixerint, nec  
penitentiam unquam egerint.

Decimo, Publicum verbi ministerium est, anima visibilis Ec-  
clesiæ: hoc sublato, visibilem Ecclesiam interire necesse est: suos  
tamen Electos Christus ibi etiam seruare potest, ubi nullæ sunt  
constitutæ visibiles Ecclesiæ. Hec Vitakerus lib. 3. contra Duræum.  
At ex his quid sequitur aliud, quam Protestantes, vel nullam unquā Ec-  
clesiam visibilem, vel sine anima, id est publico verbi ministerio habuissi.  
Quando enim ullus unquam Lutheranus, Caluinista vel Anabaptista, pu-

blicè verbum Dei prædicauit in primitiua Ecclesiæ aut postea usq; ad Lutherum? Certe nos rogamus, obsecramus, clamamus & vrgemus, vt vnum nominent: sed ad preces & clamores nostros isti aures obturarunt, & ora concluserunt, & planè muti facti sunt, vt pisces. Et quia bené sibi cōsci sunt, se ante Lutherum nullam vñquam Ecclesiam visibilem in orbe terrarum habuisse: ideo configuiunt ad Electos seruatos à Deo, vbi nullæ erant constituta Ecclesiæ visibiles. Sed hoc modo in maiores quam antea angustias se coniiciunt. Nam etiam si rumpantur, non possunt istos Electos nominare; aut qui vel quales, ex quo loco vel gente fuerunt recensere. Somnium igitur & delirium est istorum Euangelicorum delirantium. Nec tamè hoc effugium quicquam eos iuuat, imo potius cauسام eorum planè destruit. Quis enim sanæ mentis, vñquam credat fuisse in mundo electos fideles; qui quod corde cre diderunt, ore nunquam sunt confessi contra Apostolum? Rom. I o. qui nulla sacramenta vel ipsi suscepserunt, vel alijs ministrarunt: qui contra Euangelium Lucæ 9. erubuerunt Christū coram hominibus confiteri: qui fidem suam absq; prædicatione acceperūt, cum dicat Apostolus Rom. I o. fidem esse ex auditu? Hac autem omnia que absurdissima sunt necessariò consequuntur, ex illis Electis seruatis à Christo, ut somniant, tunc cum nulla esset in mundo visibilis Ecclesia. Sequitur adhuc vnum aliud maius absurdum, nempe istos electos, non fuisse electos, sed reprobos, & in æternum periisse: cum extra Ecclesiæ visibilem vt ait Caluinus, nulla sit speranda peccatorum remissio, nulla salus.

Vndecimò. Primitiua Ecclesia dogmata Euangelicorum, in antiquis Hæreticis eorum maioribus tanquam hæretica damnavit. Qui igitur fieri potuit, vt ipsa fuerit Caluiniانا, Lutherana, vel Anabaptistica, & eadem dogmata crediderit, & prædicauerit, que in alijs vt hæretica reprobauerit? Nam in Symone Mayo damnavit Protestantes negantes per bona opera homines saluari: In Manichæis negantes liberum arbitrium, & ullum publicum Sacrificium præter solas orationes. In Prochanis docentes concupiscentiam in renatis esse verè peccatum, nec tolli per baptismum, sed sopiri per fidem: In Donatistis contemnentes, chrisma, frangentes altaria, & Ecclesiam de toto orbe periisse clamitantes. In Eunomianis affirmantes nulla peccata, vel in ijs perseuerantiam salutem impeditare:

dire, modo quis fidem habeat: In Arianis predicantes non esse orandum nec sacrificandum pro mortuis, nec discriminem ullam esse inter Episcopum & Sacerdotem. In Juliano Apostata & Iconomachis deiicientes statuas & imagines Christi. In Massalianis docentes peccatum per baptismum non remitti: Eucharistiam gratiam non conferre: Clericos in sua ordinatione Spiritum Sanctum non suscipere. In Iouinianis Mariam Virginem pariendo corruptam fuisse assertentes: nuptias Virginitatis & quantes: ieiunia indicta contemnentes: omnium in celo par premium esse astruentes. In Vigilantianis Clerici celibatu, reliquiarum venerationem: Sanctorum invocationem: elemosinas in pia loca collatas, & vota religionis impugnantes. In Pelgianis parvulis etiam non baptizatis, vitam aeternam promittentes. In Nestorianis duas in Christo personas constituentes. In Eutychianis duas in Christo naturas confundentes. In Arrianis Christum eiusdem cum Patre substantie, & in natura Diuina aequalē negantes. In Macedonianis Spiritū Sanctum nec Deum esse, nec adorandū affirmantes. In Samosatenis docentes Christum non fuisse ante Virginē Mariam: nec esse Deum per naturā & aeternū, sed Iohannem per gratiam & in tempore factum. In Sabellianis personarum nomina esse tantum vocabula, diuersorum officiorū unius eiusdem personæ assertentes. Hęc sunt pauca ex multis dogmatibus Evangelicorum ( ut nunc omittam plurimas alias hereses ab ipsis nouiter excogitatas ) quae olim primitiua Ecclesia in ipsis manifestissimis Hereticis, eorum parentibus, anathemas te notauit. De quibus videat lector Augustinum, Epiphanium, Alphonsum à Castro, Sanderum, Prateolum & alios qui de heresibus nouis & antiquis scriperunt. Cum vero nostri Evangelici istas blasphemias hereses hoc infelici seculo ab inferis reuocauerint, ut eorum libri docent, & ipsi de se mutuo testantur: profectò non possunt illi esse membra primitiuae Ecclesie, sed potius Diaboli, ( à quo omnes hereses profluxerunt, ) mancipia.

Duodecimo, non est dubium quin Ecclesia primitiua fuerit vera Christi Ecclesia: aut certè nullam habuit Christus in erbe terrarum Ecclesiam primis illis 600. annis. At istorum Protestantium Ecclesias non esse Christi sed Antichristi & Diaboli: ipsam in suis publicis scriptis contra se mutuo editis sepiissime, grauissime, & clarissime toti mundo testificantur

ffcantur. Non igitur Ecclesia primitiva fidem protestantium sequebatur.  
 Age declaremus hoc ipsum verbis ipsorum Euangelicorum. Nam Ecclesia  
 Calvinistica in Anglia sub illo muliebri regimine scribitur esse reforma-  
 tissima totius mundi, adeo ut illa ad nullius, alie vero ones etiam ipsa Geneve  
 sis ad illius normam & exemplar reformari debeant: ut clare affirmat  
 Witius contra Carterouitum & Puritanos, & aliis quidam innomi-  
 natus Calvinista in Examine pretense discipline Anno 1593. Londini  
 impresso. Nunc vero audi quid de illa reformatissima totius mundi Eccle-  
 sia scribat Puritani in Anglia ut refert ille Calvinista in suo examine. Sic  
 (inquit) de Ecclesia nostra, Sancti nostri Consistoriales (Puritas  
 ni) scripserunt. Ecclesiae nostrae gubernationem esse Papisticam  
 Hierarchiam, ac per hoc Antichristianam & Diabolicam: esse  
 maledictam, nec nisi Dei proditores eam tueri: quod nostra re-  
 ligio est a Papis consuta: unde ignem & aquam coelum & infer-  
 num copulamus: quod vero verbi ministerio caremus: quod in  
 nostro officio Diuino nihil quam confusio est: quod cœnam Do-  
 minicam non manducamus, sed scenam quandam exhibemus, à  
 nobis ipsis contextam. Denique quod nullum discrimen ponimus  
 inter Christum & Antichristum: inter Deum & Diabolū. Aus-  
 diamus modò quid Baroni & noua secta Calvinistarum in Anglia senti-  
 ant de Puritanorum Ecclesia. Sic enim de Puritanis Consistorialibus scri-  
 bunt: perniciössimi sunt impostores, Baalamitæ, noua Anglia  
 portenta, perfidia & apostasia eorum ingens est. Secunda bestia  
 sunt, Antichristi milites, sedis ac personæ eius custodes; ut mes-  
 retricem stabiliant falsam Ecclesiam. Vide Stapletonum in Tripli-  
 catione contra Witakerum cap. I. 9. Vis ne audire quid sentiant Calvini-  
 pistæ in Anglia de Puritanorum & Genevensium Ecclesia? Confule ci-  
 citum Examen, editum contra Puritanos à superattendentibus Ecclesie  
 Anglicane, vel certe cum eorum voluntate & approbatione. In eo ex-  
 amine bonam partem Euangeli Genevensis vocant Cancrum & Talmud  
 Sabaudicum, quasi parum à Iudaismo differentem. Calvinum & Bezanum  
 depingunt suis coloribus: probantq; fuisse homines seditiones, qui in nefas-  
 ria cora legitimè principem rebellione suam fundarunt Euangelium & Ec-  
 clesiam: qui iniustam Dominationem super reliquas Ecclesias usurparunt:  
 iniquum

Aliqua tyrannide Romanos Pontifices etiam pessimos longè superarunt: qui immoderata audacia, & arrogantia seipso anteponunt, & opponunt omnibus antiquis, doctissimisq; patribus: omnibus Concilijs generalibus: omnibus florentissimis Ecclesijs, que in mundo à Christi tempore exirebunt. Denique ab illo Genevensi fonte, tam improbam & seditiosam planèq; Catilinariam doctrinam in Regnum Anglie fluxisse aiunt, ut horum iudicio melius actum fuisse cum Anglia: si nullus unquam Anglus aut Scotus Genevensis Ecclesiae aut Doctorum Genevensium, noticiam habuissent. Vide plura in hoc genere in Calvino-Turcismo lib. 3. cap. 22. Superfluum autem existimo huc plura vel Lutheranorum de Calvinianis, vel Calvinianorum de Lutheranis Ecclesijs iudicia adferre: quandoquidem ut sèperè superius admonuimus, talia sibi iniicem de suis Ecclesijs testimonia præbent: ut quiuis nisi plane cœcus sit, eas non Christianas, sed Antichristianas & Diabolicas esse facile perspicere posse.

Decimoterio. Non est dubium quin Ecclesia primitiva Spiritum Christi, Spiritum veritatis haberet: aut certè nulla alia in terris habuit unquam. At Euangelici testificantur in scriptis suis Ecclesijs suas habere Spiritum mendacij, Spiritum Diaboli. Non potuit igitur primitiva Ecclesia esse aliquia Protestantum Synagoga. Cinglius in Epistola ad Lutherum, vocat eum Christi negatorem: signum igitur est non habuisse eum Spiritum Christi. Calvinus contra Hessum appellat Lutheranos manscipia Sathanæ. Beza in Creophagia vocat eos Diabolos furiosos. Bucer super Ioan. fol. 77. vocat eos negatores carnis Christi. Calvinista in suo Palingenio pag. 12. vocant eos Sathanæ ministros, Pseudoprophetas, Pseudo Apostolos. Conradus Reis Sacramentarius in libello Germanico contra Hessum de Luthero loquens scribit: Deus propter Spiritum superbie qua se extulit, verum illi Spiritum abstulit, atq; in eius locum Spiritum mendacem dedit: atque hic mendax Spiritus in omnibus ijs quoque manebit qui partes ipsius sequuntur, nisi ad saniorem mentem reuertantur. Calvinista ut ex scriptis ipsorum refert Conradus lib. 2. art. I. Doctrinam Lutheri vocant mendacem: commentum à Diabolo suggestum: Sathanæ excrementum, & Lutheranos ipso à Sathanæ spiritu non Christi moueri clamant. Lutherani vero ut inuenies apud Vlemburgium Causa 10. vocant Calvinistas Atheos, incredulos, mendaces, idololatrias

latras, larvas Diaboli, captales hostes filij Dei: in audiū mendacijs infertos, adeoq; mendacium ipsum, Diabolicos & infernales lupos, Doctores à Sathan missos: quos ipse Sathan obcessos tenet, & per eos tanquā organa sua loquitur: qui per diabolatum cor & os mendax habent: quoru lingua & calum malignus & virulentus Dæmon contra Christum moderatur. Spiritus Calunistarum aiunt Lutherani, est spiritus tenebrarum, est ater & lubricus Diabolus: est falsus & mendax spiritus: est odio flagrans Diabolus: est versipellis & versutissimus Dæmon. & Beza, inquit Conradus, suam Creophagiam proculdubio dictante Diabolo contra testamentum filii Dei scripsit. Doctrina Calunistarum, aiunt Lutherani, est & erit in perpetuum à Diabolo: est nequitia Diaboli corrupta: est virulentum & hominibus indignum mendacium: est sterlus & factor Diaboli: Plura in hoc genere, vide apud Vlemburgium Causa I O. & Conradum lib. 2. artic. I. & in Bello quinti Euangelii cap. 7. Nunquid lector certiora aut clariora testimonia de illo spiritu, qui in istis Euangelicis regnat desideras? An dubitabis Diabolum per eorum ora loqui, cum ipsimet id palam affirmet? An existimabis unquam eos spiritum Christi & spiritum veritatis habere: cum ipsimet magnis vocibus se spiritu mendacii preeditos confiteantur? Nunquid spiritus primitiæ Ecclesiæ fuit spiritus tenebrarum, spiritus mendax, spiritus Diaboli? Certè talia sibi testimonia iuicem de suis Ecclesiis præbent: ut quiuis nisi planè cœcus sit eas non Christianas, sed Antichristianas & Diabolicas esse facile perspicere possit. Quo igitur ore, aut qua fronte, audebunt isti effrontes Calunistæ & Lutherani primitiæ Ecclesiæ secum sensisse affirmare? cum proprio ipsorum iudicio, ipsorum spiritus & doctrina, iam longè absint ab illius spiritu & doctrina, quam cœlum ab inferno.

Decimoquarto, Ecclesia primitiæ fuit Catholica (Sic eam in suis symbolis vocant Apostoli, & Patres Concilii Constantinopolitani) & constabat ex Catholicis & fidelibus. At istorum Ecclesiæ, nec sunt Catholicæ, nec eas Catholicas nominant ipsi, nec nominari volunt: & constat ut ipsimet nos docent ex Haereticis & infidelibus. Nam vocem Catholicam in suis Cathechismis ex symbolo Apostolorum eraserunt, & Christianam substituerunt. Et Beza in prefatione Noui Testamenti Anno 1565. vocè Catholicæ, vocat vocè vanissimam. Nec memini me unquam leguisse Pro

restantes istos, se vel coetus suos Catholicos, eo sensu quo hactenus mundus hoc vocabulo usus est, appellasse. Legi quidem Apologiam Catholicam cuiusdam Calvinista pro Rege Nauarra scriptam. Sed Iuris ille Consulus etus Vafre usus est hoc vocabulo, non quod sentiret se vel suos esse vere Catholicos, sed ut simplices & incautos deciperet, & Catholicos ac Calvinistos tantum in quibusdam (ut ille ait) ceremoniis differre persuaderet.

Inter has autem numerat Purgatorium, Inuocationem Sanctorum, Sacrificium Missae, & alia huiusmodi dogmata Catholicam, in quibus Catholici a Calvinistis dissentient. Iam vero Euangelicorum Ecclesias esse Hæreticas, superius ex mutuis eorum testimonitis probauimus. Nam Lutherus Thesi 27. Tom. I. lene; Hæreticos serio pronunciat, & alienos ab Ecclesia Dei önes Sacramentarios, qui negant Christi corpus ore corporis in Eucharistia sumi. Et Ioan. Schutz in quinquaginta causis in Prefat. protestatur Sacramentalismum Camerinam quandam esse, in qua multe Hæreses confluunt. Et Tigrini in Prefat. Consensus Orthodoxi conqueruntur suas Ecclesias pro pessimis hæreticis a Lutheranis damnari. Lutheranos quoque iudicio Calvinistarum esse Hæreticos, & consequenter eorum Ecclesias, que ex ipsis constant, nemo ignorare potest, nisi qui ignorat Nestorianos & Eutychianos fuisse Hæreticos. Tales enim sunt Lutherani, iudicio Bezae & aliorum Calvinistarum, ut constat ex Bezae responsione ad Colloquium Mompelgar. & Zacharie Ursini Admonitione de libro Concordie. Vnde Conradus lib. 2. artic. I. Calvinistæ, insquit, nos (Lutheranos) pro Hæreticis damnatis & excommunicatis habent. Et miratur valde, quod Beza, Cinglius, & aliis sacramentarii, tantopere desiderant se pro fratribus haberi ab Hæreticis damnatis.

Quod si dixerint Calvinistæ mentiri Lutheranos, cum ipsis Hæreticos pronunciant: idem proculdubio Lutherani, vici sim de Calvinistis ipsos hæreticos damnatos nominantibus, dicent. Ex quo manifeste sequitur viros esse Doctores mendaces: (nisi forte hæretici possint esse Doctores veraces) & ideo plane indignos, quibus nullus mortalium fidem aliquam in rebus religionis adhibere debeat. Nec quæ diximus sufficenter ut arbitror ostendunt Synagogas Protestantium longius a primitua Ecclesia distare, quam cœlum a terra. De Ecclesia vero quæ primitua secuta est, ad ipsum probare superfluum est. Nam post primos sexcentos annos, Antichristus

christum Romanum, Ecclesiam inuadisse: & nongentis fere annis ipsorum  
electos, & antecessores omni crudelitate persecutum esse audacter & co-  
stanter affirmant, & grauiſſime ac ſepiſſime conqueruntur. Iam vero vi-  
deamus, quam bellè conueniunt Eccleſie Protestantium, quæ ſcribit Vit-  
akerus hb. 3. contra Dur.eum. Scriptura, inquit, ſic eſt veræ Eccle-  
ſie propria: ut eam nulla niſi vera Eccleſia probabiliter vendica-  
re poſſit. Et mox. Quanquam Hæretici ſcripturas vendicant, id  
tamen probabiliter non faciunt. Si ita eſt, profeſto ſcriptura non eſt  
propria Eccleſie Caluiniſtice, nec eam Caluiniſte ſibi probabiliter vendi-  
care poſſunt. Quid ita? quia & ipsi ſunt iudicio Lutheranorum & Ana-  
baptiſtarum maniſtati Hæretici: & eorum Eccleſie non ſunt veræ, ſed  
aperte falſe, & à vero grauiter in ſummiſe fidei articulis aberrantes. Quod  
autem dico de C. luiniſtis, & eorum Eccleſia: idem omnino de Luthera-  
niſtis & Anabaptiſtis dicendum eſt. Quia Caluiniſtarum iudicio, Luthe-  
rani & Anabaptiſtæ, una cum eorum Eccleſiis, ſunt pefſimi Hæretici.  
Et nunquid qua libet ex his tribus ſectis, pro ſuis hæreſibus tuendis non  
utitur ſcriptura ſuo iudicio non ſolum probabiliter, ſed etiam probabilis-  
ſime? An expetandum, ut Caluiniſtæ aliquando dicant Lutheranos pro-  
babiliter vii ſcripturis pro reali praefentia Corporis Christi aſtruenda? vel  
ut Lutherani aſferant, Caluiniſtas ſcripturis quoq; uti probabiliter pro  
eadem reali praefentia neganda? Hoc certe non ſiet ante diē iudicij. Quan-  
do enim Hæretici unquam in dogmatibus controuerſis definiendis atiorū  
quam ſuo iudicio ſtare voluerunt? Nunquid Caluiniſtæ aut Lutheranorū,  
aut Catholicorū, aut veterum Patrum & Conciliorum iudicio, circa rea-  
lem praefentiam Christi in Eucariftia unquā voluerunt acquiescere? Mi-  
nimè ſane. Sed ſuo iudicio priuato & proprio ſemper adherent, ſemper ac-  
quiescunt. Regula enim communis & certa apud Evangelicos eſt, ut quia-  
que in ſcripturis & dogmatibus fidei recipiendis, & verbo Dei interpre-  
tando, ſuim proprium iudicium ſequatur non alienum.

Decimoquinto, Eccleſia primitiva extra itione Apoſtolica obſeruabat  
diem Dominicum: festa Paſchæ & Pentecostes: ſignabat ſe ſigno ſancte  
Crucis: aquam benedictam, ad varios uſus adhibebat: Quadrageſimam ie-  
junabat: Aquam vino in ſacro miſcebat: Chrifmate utebatur: ut aonſiūt  
Beza in Praefat. ad Nouum Testamentum, anno 1565. & Vitakerus in

65.

Controuersia de scriptura. Si Nouatores isti traditiones Apostolicas, ut figura Poetarum reiiciunt: & hec que diximus preter Dominicæ, & festorum illorum obseruationem, ut superstitiosa contemnunt.

Quod Concilia Generalia vel particularia Protestantium dogmata nunquam professa fuerint.

### C A P V T IIII.

Primo, ex tot Concilijs partim Generalibus, partim nationalibus, partim Provincialibus, que ab initio Ecclesie Christianæ celebrata sunt; nullum hactenus protulerunt, aut unquam proferre possunt Euangelici, in quo dogmata ipsorum Euangelica, Lutherana, vel Caluiniana, vel Anabaptistica stabilita sunt: vel cuius Episcopi, Patres & Doctores fuerunt Lutherani, Caluiniani, vel Anabaptistæ, vel cuius iudicio in dogmatibus definitis stare volunt. Num eiusmodi proferant & vicerunt. Si enim aliquod tale Concilium nominauerint, urgebimus eos semper, ut clare dicant nobis, an fuerit Lutheranum, Caluinianum, vel Anabaptisticum? Omnes enim isti Sectarij, constanter prædicant, & magnis vocibus clamant, se solos verbum Dei sincere prædicare & interpretari: se solos Sacra menta rite iuxta Christi institutionem ministrare: se solos electos esse, & vera ac viua Christi membra: se solos fidem illam iustificantem, & Christum apprehendentem, que Electorum tantum propria est habere: & hec omnia dicunt singuli suo iudicio non solum probabiliter, sed etiam probabilissime, quamvis iudicio aliorum Sectariorum improbabilissime & falsissime. Si igitur Concilium aliquod Lutheranum proferant, mox illud negabunt Caluiniani: Lutherani vicissim idem facient, si Caluinianum profesarunt: Anabaptisticum Concilium ante Lutheri tempora aliquod fuisse, negabunt tam Lutherani quam Caluiniani. Nec erit unquam aliud expeditandum, quam quod sicut in suis dogmatibus nunquam hactenus conuenire potuerunt: ita nec in aliquo Concilio proferendo, quod fuerit omnino Caluinianum, vel Lutheranum, vel Anabaptisticum, concordes unquam erunt.

Secundo. Non negamus quin in quibusdam Synodis erraticis, predicatorijs & Arrianis, inueniri possint aliqua, que ipsorum Hæresibus faciente

uēant; sed, ut eiusmodi synodos illis non inuidemus; ita quæ ex illis afferri possunt, his tribus sectis cum sint inter se tam disjectæ & cōtrarie simul fauere nequeunt; nisi ex eodem ore simul (ut Hæreticorum communitas mos est) efflent calidum & frigidum, amarum & dulce, verū & falsum.

Tertio. Nugari solent Protestantes dicendo sua dogmata non esse Lutherana, Calviniana, vel Anabaptistica, sed IESU Christi: nec se homines sequi, sed Iesum Christum: nec se fidem ab hominibus excoigitatam, sed à Iesu Christo eiusq[ue] Apostolis in scripturis traditam profiteri. At nunquid Christus est sibi contrarius & num scripture pugnantia docent & nunquid Apostoli eadem dogmata modo affirmabant modo negabant? Dogmata autem istorum Protestantium sibi inuicem esse plane ex Diametro pugnantia & ipsi norunt ac fatentur, & totus mundus videt. Sunt ergo iste mere nuge & fuisse cauillationes. Nam ut remoueamus nomina Calvini, Beze, Cinglij, Lutheri, Philippi, Brentij & aliorum qui sunt Duces & Capita singularum Sectarum, & de ipsisrum quam predicanter isti Nouatores fide, & doctrina, & Sacramentorum que ipsi admittant administratione agamus: euidentissimè mulis & magnis argumentis probauimus; nunquam Christum vel Apostolos, vel Apostolicam aut primariam Ecclesiam: hæc que illi docent dogmata prædicasse: nec Sacramenta eo quo isti modo ministrant unquam ministraſſe. Et idem modo dicimus de Concilijs Generalibus, vel particularibus. Nullum enim isti etiam si crepent afferre posſunt, quod statuit ac decreuit, ut dogmata quæ isti ut Verbum Dei populo obtrudunt, pro veris habeantur: aut ut Sacramenta more istorum Euangelicorum adminiſſrentur. Quæ si vera sunt, ut sunt verissima, carebunt singule sectæ Euangelicorum, veræ Ecclesiæ notis, quas sibi ipsi confinxerunt, nempe, vera Verbi prædicatione, & recto Sacramentorum uſu.

Quartò. Ipsimet Euangelici Concilia omnia, etiam quæ optima in Ecclesia Dei semper sunt existimata contemnunt. Hoc autem est argumentum euidentissimum Concilia à partibus Euangelicorum non stare. Si enim ipsis fauerent Concilia, essent omnium hominum stultissimi, si tantos & tanti momenti Patres & Doctores tam antiquos, tam sanctos, tam doctos in Concilij congregatos, & testimonia pro ipsorum Sectis ferentes stolidè rejicerent.

Quinto. Sed audiamus aliquorum Primariorum Protestantium sententias de Concilijs. Lutherus Thomo 3. Ienæ fol. 261. de Concilio Apostolico Hierosolimis ut est Actorum 15. celebrato ita scribit. Hoc ipsum Apostolorum Concilium, quanquam omnium est primū & purissimum; tamen aliquid vna immiscetur. Si autem Concilium Apostolorum illi non satis mundum esse videtur: quid mirum si reliquias omnibus, quæ postea subsecuta sunt fœdam ignominie notam inurant? Sic enim ibidem paulo superius de illis scribit: Incerta sunt Concilia, neq; fidendum est illis: nullum enim tam incontaminatum fuit, quin fidei aliquid detraxerit aut addiderit. Et Tomo 4. Germ. Ienæ fol. 97. Nullum, ait, vñquam vidi Concilium inter omnia, in quo Spiritus Sanctus reperitur. Fateor, in quibusdam vnum atque alterum caput Christianum fuit. Verum quod penitus incontaminatum fuerit nullum legi. Si Spiritus Sanctus non rexit illa Concilia, quis ea rexit nisi Diabolus? Si vnum tantum, aut alterum caput in illis, Christianum caput fuit, reliqua procul dubio iudicio Lutheri debuerunt esse capita Antichristiana. Si nullum, vt ait, penitus fuit incontaminatum, non potuerunt esse Christiana Concilia, quæ solum dogmata vera definiunt; non autem vera & falsa simul. Hinc est quod Lutherus libro contra Regem Anglie omnia Concilia tanquam sacrilega abominanda, & plane Sathanica damnat: quæ de rebus fidei controuersis, certos aliquos Canones aut decreta statuerunt; quo factō libertatem suam populo Christiano eripuerunt, & inuaserunt Tyrannidem. Non nego, inquit, rapti iuris Tyrannidem ultra annos mille durasse. Nam ipso Niceno Concilio omnium optimo, iam tum incipiebant leges condere atq; istud ius sibi vendicare: atq; ab eo tempore inualuit. Quod ille ibidem vocat Sacrilegium & impietatem, aduersus euidentissimas & inuictissimas scripturas Dei. Si igitur Conc. Nicenum fuit Sacrilegum, impium, tyrannicum idque iudicio huius Quinti Euangelij Patriarchæ; quodnam iudicabunt Protestantantes Concilium Sanctorum & pium? Si omnium primum & optimum sic sordet Protestantibus, quanto magis cætera sequentia illis sordebunt? De Canonibus Concilij Niceni primi loquens Lutherus in lib. de Concilijs. Hi, inquit, omnes artifici scenum, stramen, ligna, stipulae fuerunt. Et infra; De illis lignis

gneis articulis reliquæ manserunt quasi aliqui titiones, nempe articulus de festo Paschatis. Et rursum: Hic proorsus, inquit Lutherus, non intelligo Spiritum S. in hoc Concilio: nempe, quia vetuit Conc. Nicænum, ne qui se abscederunt, sacris ordinibus initientur: & simul imperat hominibus Sacratis, ne præter Matrem, aut sororem villam domi suæ fœminam habeant. Deniq; ita taxat istud Concilium. An verò mihi aliud, inquit, est negotij Spiritui Sancto in Concilijs, quam ut impossibilibus, pericolosis, & non necessarijs legibus, suos ministros obstringat & oneret? Postremò Articulo I I 5. ex quingenis Articulis: Capite, ait Lutherus hoc Euangelium, quia nec Papæ, nec Concilijs, nec vlli hominum commissum est ut concludat, quid sit fides. Ideo debeo dicere; Papa tu conclusisti cum Concilijs nunc habeo iudicium an acceptare queam nec ne. Hæc Lutheri doctrina quin omnibus suis discipulis mirifice placeat eamq; imitantur non est dubium, cum manifesta & quotidiana experientia id doceat. Nam ut de alijs taceam Urbanus Regius I. part. oper. in Interp. Loc. Com. cap. de Ecclesia ait; Luce clarius esse, quod omnia Concilia pernitiouse lapsa sint.

Sextò. Caluinus lib. 4. cap. 9. q 12. Nulla, inquit, Conciliorum, Pastorum, Episcoporum nomina nos impedian; quominus & verborum & rerum documentis moniti, omnes omnium Spiritus ad Diuini verbi regulam exigamus: quo probemus num ex Deo sint. Itaq; Lutherus pro Lutheranis, Caluinus pro Calunianis, Bernardus Rotman vel Balthasar Pacimontanus pro Anabaptistis decreta Conciliorum ad Diuini verbi regulam examinare debet, & quisq; sectarius suo proprio iudicio iudicabit an ad Diuini verbi regulam sint facta: & tunc quidem ad Diuini verbi regulam facta censi debent quando cuiusq; sectæ placitis & doctrinæ conuenient: sin autem ab illis discrepant, errarunt à regula Verbi Diuini: nec fuit Spiritus in talibus Concilijs. Ibidem q s. Quoties, inquit, alicuius Concilij decretum profertur expens di primum velim, quo tempore habitum est: qua de causa habitū, & quo consilio: quales homines interfuerunt; Deinde illud ipsum de quo agitur ad scripturæ amissim examinari: idq; in eum modum ut Concilij definitio pondus suum habeat, sitq; in sū ar præjudicij

*p̄x̄iudicij neque tamen examen quod dixi impeditat. Itaq; vult Cal. Conciliū sententiam p̄x̄iudicium non iudicium eſſe, de eaq; sententia posse ac debere quoſcunq; & maximē priuatos homines cuiuscunq; ſecte iudicare.*

*Septimō. Rursum eodem q̄ fatetur Caluinus ſe quatuor prima Concilia generalia, libenter amplecti, & vt Sacrosancta venerari, quantum attinget ad fidei dogmata. Sed iſta reuerentia, vel nulla fuit, vel non diu durauit. Nam in Praefat. libri contra Gentilem ait impropriam & duram eſſe locutionem illam Symboli Nicæni, Deum de Deo, quia nimirum Caluino Christus non eſt Deus de Deo, ſed Deus ex ſe ipſo.*

*Octauo. Ad hæc eodem capite q̄ 10; In illis quoque antiquis & prioribus (Concilijs) eſt quod iurè desideres, vel quod p̄x̄tentibus negotijs districti, multa alia non proſpiciebant; vel quod grauioribus & magiſterijs occupatos nonnulla leuioris momenti ſubterfugiebāt: vel quod ſimpliciter, vt homines imperiti, falli poterant: vel quod nimio affectu nonunquā p̄cipites ferrebātur. Itaq; vides lector, nullum Concilium etiam ex antiquis & purioribus unquam placuisse Caluinio. Quid ita? quia nō fauebant Caluini Euangelio. Vides etiam quatuor ab illo modos tradi, quibus docet ſuos affecas omnia Concilia, quantumuis antiqua & pura contēnere. Nam ſi Caluinus ob has quatuor cauſas illa antiqua & puriora Concilia reprehendere eſt ausus: quod obſecro erit Concilium, quod eius Discipuli non repudiabunt ob aliquam ex his quatuor cauſis, quā ſemper p̄texere cuiuis facile eſt.*

*Nono, Beza in Præfatione Noui Testamenti ad Principem Condæum anno 1567. ait, optimis etiam temporibus eam fuſſe Episcoporum, ambitionem, ignoratiā, improbitatem, vt Sathanā planè cœtibus eorum p̄ſuſſe, vel ipſi cœci planè perspiciant. Et ex aminator ille Caluinopapista, in examine illo, de quo ſupra cōtra Puritanos, hoc Beza dictum citat. Patres Niceni Conciliū primi, ſedi mere-tricis, qua ſedet ſuper ſeprem montes fundamenta poſuiffe. Addit examinator ille, Puritanos quatuor prima generalia Concilia, etiā quo ad doctrinam repudiare, atque omnes nunc prout liberta vetera Cœcilia probare vel inprobare.*

*Decimo, Caterouitus Puritanus in 2. Replica contra Vitigſium Hoc inquit,*

inquit, Concilium Nicænum primum multos errores stabilivit. Quanta præterea fuerit eius ætatis corruptio: vel per ignorantiam, vel per ambitionem ex eo patet: quod nisi unus Papalnitus intercessisset: omnes isti, Nicæni Patres decreuerint contra honorabilem Episcoporum, Seniorum & Diaconorum cum suis vxoribus coniunctionem. Quid multis? Vitakerus in Responso ad rationem quartam Campiani, clare ostendit communem Protestantium sententiam hanc esse. Concilia errare possunt, & interdum errarūt, etiam in his quæ ad normam pietatis pertinent. Ideoq; quæ ab illis constituuntur, neque robur habent, neque autoritate, nisi ostendere possint è sacris literis esse desumpta.

Vndecimò, Itaque non plus isti tribuunt Concilijs, quam Alcorano Mahometis. Nam & Alcorano quoque credent; si ostendatur è sacris literis esse desumpta que in eo continentur. Sed quis obsecro debet iudicare, vtrum decreta Conciliorum sint è sacris literis desumpta? Certe non aliis quam quilibet Sectariis pro sua secta. Nec enim Sectariorum aliquis Papistarum, vel antiquorum Patrum & Doctorum Ecclesie, vel Sectariorum alterius sectæ iudicio acquiesceret unquam. Itaque tādem totum iudicium de scripturis ipsis, de eorum sensu & interpretatione, de Conciliorum decretis, ad priuatum cuiuslibet Sectarij sensum & cerebrum deuoluitur: Ita tamen, ut unus Sectarius iudicio alterius sectæ Sectarij, nolit unquam acquiescere. Cuius rei præclarum exemplar videmus in Vestphalo & Caluino. Cum enim Vestphalus post multas de re sacramentaria, aduersus Caluinum disputationes, ipsarum tandem Ecclesiarum suarum Saxoniarum, magno consensu eum obruere vellet, respondit Caluinus. Cur ergo vicissim nostrarum Ecclesiarum iudicio à quibus damnatur non acquiescit? Ita Caluinus in ultima admonitione: ubi Allobrogicas, Heluericas & Tigurinas Ecclesias, Lutheranorum Saxonici & Elektoribus Ecclesijs, in damnando falso dogmate opponit. Ita tandem relicta verbi Divini pugna & seposito scripturarum certamine, & veluti relictis telis ac gladiis, relicta acie ad sua quisq; propugnacula recepit.

Decimò, Si igitur Pares Concilij Niceni, Sathanici sunt Caluino: si à Sathanis instigati; ut ait Musculus: si eorum coetibus Sathanas prefuit ut ait Beza: Si Sacrilegium abominandum & Satanicum fuit illud Concilium vs

lium, ut vult Lutherus: si quæcumq; eorum doctrina nobis debet esse suscep-  
tiva, m̄ s̄ribit Carterouitus in secunda replica contra Vitigiftum: co-  
gitet lector quid isti sentiant de Concilijs: cogitet an isti sentiant Concilia  
prima & optima fuisse Protestantica? si fuerunt, cur ea ut Sathanicæ  
ūciunt? si non fuerunt, fateantur necesse est, se nullum Concilium Prote-  
stantium inuenire posse. Nam à fide & doctrina, & docretis primorum  
quatuor Conciliorum, Concilia sequentia ne latum vnguem recesserunt.

Decimotertio, Concilia legitima & que à Rom. Pontifice approbata  
sunt, vel sunt Lutherana, vel Calunitica, vel Anabaptistica nihil ho-  
rum dici potest. Tum quia omnes istæ sectæ Concilia reiiciunt, & graui-  
ter in rebus non paucis aut paruis errasse affirmant: & eorum iudicio in  
Controversyis suis definiendis acquiescere recusant, & ab illis ad solas  
scripturas semper prouocant. Sanè si sua esse putarent, amplectierentur  
ea ut nos: eorum dogmata & decreta sequerentur uti nos: eorum iudicio  
acquiescerent ut nos. Nostra igitur sunt omnia legitima Concilia.

Quod Patres & Doctores qui Lutherum præcesser-  
runt, non fuerunt quinti Euangeli Professores.

## CAPVT V.

**S**I Patres sancti & veteris Ecclesiæ Doctores fuissent Quinti Euangeli Professores, necessario debuissent esse Calunitæ, vel Lutherani, vel Anabaptistæ. Itæ enim sunt primariae sectæ professorum Quinti Euangeli. At nihil horum dici potest, etiam ipsorum Euangelicorum iudicio. Nam Lutheranos fuisse negant Calunitæ: Calunitas fuisse nūquam ad-  
mittent Lutherani. Anabaptistas fuisse neutra secta concedet. Et sanè es-  
tiam si crepare velint unum Patrem aut Ecclesiæ Doctorem nominare nō  
possunt: quem ipsi audeant assertere fuisse Lutheranum, Caluinianum vel  
Anabaptistam. Vitakerus quidem contra Campianum Pag. 114. de D.  
Augustino scribit, eum quantus, quantus est in maximis præcipuisq; causis,  
Caluinistam esse. At Ioannes Pappus Lutheranus, Concionator Ar-  
gentinensis, omnino vult D. Augustinum esse Lutheranum. Antonius  
Coruinus Lutheranus in hb. de Theologia Augustini & Chrysostomi, om-  
nino contendit istos duos Patres fuisse Lutheranos non Caluinianos.

Secundum

Secundo. Si fuissent veteres Patres & Doctores Protestantantes, utique nostri Euangelici eos ut Patres suos in honore haberent: membra sue Ecclesiae eos agnoscerent: dogmata sua eorum testimonij confirmarent. At Euangelici nostri eos reyciunt ut imperitos & superstitionis: male-dictis, conuicijs & opprobrijs eos onerant: deniq; ad infernum ut Hereticos, idololatras & damnatos homines relegant, ut ipsorum Protestantium verbis ostendemus.

Tertio. Lutherus primus Patriarcha Quinti Euangeli Tomo 2. Vitembergae anno 1554 lib. de seruo arburio pag. 434. ait: Patres tot seculorum planè cæcutisse, imperitissimos fuisse Sacrarum literarum: tota vita errasse: nisi ante mortem reducti fuerint: neq; Sanctos fuisse, neq; ad Ecclesiam pertinere.

Quarto. Aurifaber in Colloquij Mensalibus Lutheri fol. 377. Si quis mihi donaret decem millia aureorum (sic aiebat D. Lutherus) nollem in eo periculo, atq; extremo salutis discrimine, in quo Hieronymus constitutus est, versari. Hunnius in Papismis Caluiniticis ciuans ex Prefatione Orthodoxi Consensus verba Caluinistarum, quibus à scripturis ad Patres prisbos, in re Sacramentaria confugunt aperiè scribit: eos Patribus maiorem quam Christi verbis auctoritatem deferre. Et paulò post subiungit: Hæc Caluinianorum opinio de Synodis, Concilijs & Patribus (ad decidendam controversiam de cœna inter Caluinistas & Lutheranos) haud equidem de cœlo, sed de terra orta est. Nam de cœlo illa vox auditur: Hunc audire. Qui autem de terra sunt illi sibi Patres, Magistros, Doctores querunt. Itaque iudicio istius Lutherani, Caluinisti sunt de terra orti, Lutherani vero de cœlo. Sed quantum tribuant Caluinisti Patribus ac Concilijs, quorum auctoritatibus grauiter premitur Lutheranos, Arrianos & Anabaptistas & Samotatenenses; mox ex eo constabit, quod contra Catholicos scribentes Patres & Concilia, quando eorum testimonij à Catholicis conuincuntur prorsus nihil faciant, & omnino contemnant ac rejiciant.

Quinto. Lutherus ibidem (vide pronunciata absurdia initio Confessionis Hieronymianæ posita) Hieronymus legi potest historiæ causa. Nā de vera fide in Christum, de recta & sana religione in libris eius ne-

verbum quidem nullum extat. Tertullianus valde superstitionis est : fuit inter Ecclesiæ Doctores unus Carolstadius. Originem diris deuoui : In toto Origine non est unum verbum de Christo. Chrysostomum nihil facio, nisi nisi futilis & loquax Rhetorius est : nihil propè scribit quod purum sit, nisi de baptismō puerorum : libri eius nihil aliud sunt quam fassis plenus verborum, ubi nihil est in recessu. Basilius nullius planè pretij est : nihil insinuerus Monachus est : ne pili quidem eum facio. Cyprianus martyris infirmus, Theologus est : Tertulliani & Cypriani astate cœpit degenerare Ecclesia. Imo vero Apostolorum astate degenerauit. Apologia Philippi præstat & antecellit longè, Ecclesiæ Doctores. Etiam ipsum Augustinum superat.

*Ibidem* fol. 475. Amabo intuemini ; dicebat D. Martinus Lutherus, quantæ sint tenebræ, quantiq; errores in veterum Passum libris de fide? Augustinus de fide nihil nec peculiare, nec singulare tradit : nisi cum illi negotium est cum Pellagianis. Itip enim Augustinum dormientem quasi è somno excitarunt.

*Ibidem* fol. 478. Hieronymus non est dignus, qui inter Doctores Ecclesiæ nominetur : fuit enim Hæreticus. Credo tamen propter fidem in Christum eum salutem esse adeptum : homo fuit nullius neque iudicij, neque diligentiae : multa ineptè scripsit. De Christo in eius scriptis nulla mentio, nisi quod tantum labris eius nomen hoc natarit. Nemo est inter omnes Ecclesiæ Doctores cui æquè infensus sum, atq; Hieronymo. Nam in libris eius nihil nisi de ciborum delectu, ieiunio, virginitate, extat. Si adhuc vrgaret bona opera fidei congruentia, ferendus esset, aliquando : sed neq; de fide, neq; de spe, neq; de Charitate, neq; de operibus fidei in eius operibus mentio nulla.

*Ibidem* fol. 477. Augustinus sanè egregius & præclarus ac pius Ecclesiæ Doctor exxitit : is si hodie supereriset à nostris partibus staret. Sed Hieronymus modo si viueret nos penitus & absoluere condemnaret. Quanum slet Augustinus à partibus Liberorum consulat lector Confessionem Augustinianam.

*Ibidem* fol. 474. Ambrosius aliquo saltim loco est habendus.

Nam

Nam attingit nonunquam præcipuum religionis articulum de remissione peccatorum, ex gratia ob Christi meritum.

*Lutherus in Postilla in die Exaltationis S. Crucis.* Si, inquit, adhuc Vigilantij monumenta superessent, sicut Hieronymi etiam num extant multò magis Christianè & piè in isto argumento (de reliquijs Sanctorum) fuisset versatus Vigilantius quam Hieronymus.

*Magdeburgenses Centuria 4. cap. 10. Stipulis & Neuis annumerant, quod statuit Hieronymus fidem cum bonis operibus coniungendam: quod diuersitatem premiorum & meritorum in Regno celorum constituit: quod satisfactionem tertiam partem penitentie per afflictionem corporis, lachrymarum antritudinem agnoscat: quod penitentiam vocauerit secundam post naufragium tabulam: quod Ecclesiam scriperit esse fundatam in Petro: quod purgatorium agnoscat: quod nimium tueatur venerationem reliquiarum.*

*Lutherum ita dicere solitum scribit Auriſaber. Ab eo tempore quo Dei beneficio Paulum intelligere ccepi, non potui quenquam Veterum magni facere: viuerunt apud me omnes. Initio quidem legebam Augustinum: sed simul ac mihi aditus ad Paulum patuit, ut intelligerem quæ esset iustitia fidei, iubebam illum valere. Ita iudicio Lutheri Augustinus nec iustitiam fidei, nec Paulum intellexit.*

*Lutherus contra Erasnum de seruo arbitrio scribit. Deponite, inquit, quicquid armaturæ suppeditabunt Orthodoxi veteres, Theologorum scholæ authoritas, Conciliorum & Pontificum consensus, tot sæculorum ac totius populi Christiani. Nihil recipimus nisi scripturas; sed sic ut penes nos solos sit certa authoritas interpretandi. Quod nos interpretamur hoc sensit Spiritus Sanctus: quod adferunt alii quamvis magni, quamvis multi à Spiritu Sathanæ & alienata mente profectum est. Quaecunque igitur in Patribus vel etiam Calvinianis aliena sunt à placitis Lutheri; a Spiritu Sathanæ sint.*

*Datur Chytreus de Studio Theologie recte inchoando. Ad gratiam Christi & iustitiam fidei recte intelligendam longè plus conducit vnicus Lutheri in Epistolam ad Gal. Commentarius, quam om-*

aia Hieronymi, Basiliij, Cyrilli, Origenis, Nazianzeni, Epiphaniij, Hilarij & plerorumque Patrum opera in vnum collata. Et paulo post. Propriam, inquit, Euangelij de gratia Dei & iustitia fidei doctrinam, leuissime attingunt Patres: aut politicis opinionibus de iustitia legis obscurant & deprauant.

Erasmus Alberius aduersus Carolistadium ita scribit. Neutquam se dubitare D. Augustinum si viueret Doctoris Martini Discipulū sine ullo pudore se profesturum. Vnde paulo superius ait: Pro cōsperto habeo: quod qui à Deo in Doctoris Martini schola, edocēti non sānt: nihil de Deo sciunt; quamvis multa prādīcent: idque in uno Caluino patet. Si Caluinus de Deo nihil scit, quia non est edocēt in schola Lutheri: quid scit Beza in schola Caluini & lupanari edocētus?

Schnepius hb. de Eucharistia. Manifestum est, inquit, D. Augustinum, haud levium errorū semina iecisse; vel ab alijs iam sparsa auxilie & confirmasse. Idem ait, Augustinū veram & genuinam Ecclesię de imputatiua iustitia sententiam, nunquam esse assequutum.

Pomeramus in lōnam. Nostri, inquit. Patres sive sancti, sive non sancti, nihil moror exēcati sunt, Montanico spiritu per traditiones humanas & doctrinas Demoniorum in hypocrisi loquentiū mēdaciū. Et iterū. Nō debetis patribus credere, quia ex uno calidum & frigidum efflant. Et rursum: In libris inquit, Doctorū Ecclesiasticorum rārō inuenies articulum iustificationis purē expressum: ne in libris quidem Beati Athanasii non pure inquam, docent de iustificatione, nisi forte quando citant Pauli verba de iustificatione, in quibus tamen non persistunt: vt non satis videantur allequi sententiam Pauli, & sacrarum literarum. Et iterum Quidam ex illis Doctoribus, cum multa & ingentia volumina scribant, ne solicii quidem sunt, vt Iesum Christum per Euāgeliū suū verē doceant.

Magdeburgenses cap. 4. Centuria 2.3.4.5. &c. Clementis, Iustini, Irænei, Cypriani, Athanasii, Basiliij, Gregorij Nazianzeni, Epiphaniij, Hieronymi, Gregorij Nicenii, Chrysostomi, Augustini, Cyrilli, Gregorij Rom. & aliorum Parrum, qui intra primos sexcentos annos d'Christo nato fue-

to fuerunt; de libero arbitrio, de nostra perfidem & bona opera iustificatione, sententias & testimonia, non modo recitant: sed etiam contemptim reiiciunt & impugnant.

Lutherus Tomo 2. Germanico fol. 443. & 449. Origenes, Hieronymus & propemodum omnes Doctores, excepto Augustino, non intellexerunt, quid spiritus & litera sit. In libris ipsorum magnæ tenebræ sunt de fide. Gregorij Conciones ne teruncium quidem valent. Diabolus eum in Dialogo suo crasse decepit.

Heßsus lib. de seruo arbitrio: Origenes homo doctus erat: verum nullus iudicij, quod ad verum intellectum sacrarum literarum attinet, vix ullam sententiam Pauli, absq; insigni & perniciosa depravatione exponit.

Lutherus Tom. 5. cap. 3. ad Gal. de Hieronymo ait. quod ab Origeni deceptus, in Paulo nihil prorsus intellexerit: sed iustitiam solus fidei deprauauerit: atque hunc unum eius errorem fuisse, talem ut solus satis potens fuerit ad vastandum Euāgelium, quo nisi singularis gratia intercesserit, infernum potius, quam cœlū Hieronymus meruerit.

Idem Lutherus in cap. 4. ad Gal. Hieronymum, Augustinū & Gregorij appellat Iustitiarios Regni Papistici. Itaque regnum Papisticum fuit valde antiquum, si in eo Hieronymus & Augustinus ante mille & ducentos annos vixerunt: Iustitia solus fidei veteri Ecclesiæ valde dispergit: si Augustinus & Hieronymus eam sunt ita detestati.

Vergerius contra Hosium Dialogo 1. scribit de Gregorio Magno, quod Purgatorium, intercessionem Sanctorum mortuorum, & Monachatum inepissimis & insulissimis, imo Diabolicis fabulis defendit. Et Vrbanus Regius in locis Communibus cap. 20. ait Hieronymum pessime suū Monachy sum tueri. Bonus sane & perantiquus est Monachatus quem duo tam sancti & docti Patres, voluerunt defendere. Nunquid viridiſt lector in villa Synagoga Euangelicorum. Monachos? nisi forte Apostatas & excrementa Monachorum, quales fuerunt, Luther, Bucerus, Martyr, Marloratus & alii similes.

Philippus in 14. ad Rom. Gregorij traducit, quod Ethnico more ornatuerit statuas, magna impietatis confirmauerit initia: in alienas Ecclesiæ sibi

*S*i sibi imperium sumperit: impie distraxerit coniugia, mortuorum spes  
etris motus: lapsus denique sit in manifesta impietatem ac tyrannidem

*P*hilippus in Coment. ad I. Cor. 2. Statim, inquit, initio Ecclesiae  
scriptores veteres, obscurauerunt doctrinam de iustitia fidei, &  
auxerunt ceremonias, & finxerunt peculiares cultus. Sed qui e-  
runt isti veteres scriptores nisi Sancti Patres & quomodo obscurauerunt  
doctrinam de iustitia fidei: nisi quod non docuerunt cum Lutheranis &  
Caluinistis solam fidem sine ullis bonis operibus iustificare & quas ceremo-  
nias auxerunt: quos cultus finxerunt nisi Papisticos & Certe non Pro-  
stanticos. Si enim hoc fecissent obuijs vlnis eos amplecterentur Euangelici.

*M*agdeburgenses Centuria 2. cap. 4. de principio secundi post Christum  
seculi, sic aiunt. Tametsi hæc ætas Apostolis vicina fuit: tan-  
men doctrina Christi & Apostolorum non parum obscurari ces-  
pit. Multæ enim monströsæ, & incommodæ opiniones passim  
à Doctoribus sparsæ reperiantur. Iste incommodæ opiniones erant  
Papisticæ, quæ Doctoribus illius antiquissimi seculi valde placuerunt:  
nostris vero Protestantibus summè disperguntur.

*V*eniamus nunc ad Caluinistas (hactenus enim tantum Lutheranorum  
sententias de patribus citauimus) & videamus num illi melius de illis  
sentiant.

*C*aluinus in Epistola ad Regem Gallie Institutionibus suis præfixa  
ait: Calumniose (Catholici) nobis Patres opponunt (antiquos  
& melioris seculi scriptores intelligo) ac si eos haberent suæ  
impietatis suffragatores: quorum autoritate si dirimendum cer-  
tamen esset: melior victoriaræ pars (ut modestissime etiam lo-  
quar) ad nos inclinaret. Et paulò post. Nos vero adeò illos non  
contemnimus; vt si id præsentis instituti esset, nullo negotio  
mihi licerer, meliorem eorum partem, quæ hodie à nobis dicun-  
tur ipsorum suffragijs comprobare. Sed hoc mendacium adeo est  
crassum, ut non sit opus alios accersere iestes, quam ipsos Lutheranos, qui  
Caluinisticam doctrinam nouam esse scribunt & veteribus incognitam.  
Scribunt enim Mansfeldenses Ministri in sua Confess. Germanica Titus  
lo de Cinglianis vel Sacramentarijs. Merito nobis sacramentariorum  
doctrina suspecta est: primùm propter ipsius nouitatem: cum  
nostris

nostris temporibus exorta sit & Ecclesiæ veteri ignota fuerit :  
 secundo, quia sacramentarij in sua doctrina non sunt concordes,  
 sed secta illorū in seipsa diuisa est. Quanquam istis Lutheranis mutuā  
 vicem reddunt Caluiniſtæ: qui (vt authores Refutationis Orthodoxi Con-  
 sensus Pag. I I. grauiter conqueruntur) doctrinam Lutheranorum  
 tanquam portentosam atq; eruditæ vetustati ignotam, & Hære-  
 ticam aperte damnant. Quid quod ipfmet Caluinus in illis suis Inſis-  
 tutionibus paſsim hoc mendacium conuelliſt, & retundit. Nam veterum  
 Patrum tam Græcorum, quam Latinorum sententiam Catholicam reiçit  
 de libero arbitrio lib. 2. cap. 2. ¶ 4. ubi eorum de hac re sententias  
 falsoſſimas eſſe aſſerit. Et ¶ 9. ait omnes scriptores Ecclesiasticos exce-  
 pto Auguſtino ita ambigue & varie de libero arbitrio locutos, vt cer-  
 tum quid ex eorum scriptis haberi nequeat. Libr. 2. cap. 3. ¶ 10. Om-  
 nium Patrum etiam ipsius Auguſtinii sententiam reiçit de concupiſcentia:  
 & vult contra Auguſtinum & omnes Veteres ipsam Concupiſcentiam,  
 etiamſi nullus accedat consensus voluntatis, eſſe peccatum mortiferum. Lib.  
 2. cap. I 4. ¶ 3. contra omnes Patres ait filium Dei Patri eſſe ſubiectū  
 etiam ratione Diuinitatis. Lib. 2. cap. I 6. ¶ 9. Limbi Patrum, quem  
 omnes Patres agnoscunt, vocat fabulam. Lib. 3. cap. 4. ¶ 38. Parum,  
 inquit, me mouent, quæ in Veterum scriptis de ſatisfactione paſſi-  
 sim occurruunt. Video quidem eorum nonnullos, dicam ſimpli-  
 citer, omnes fere quorum libri extat, aut hac in parte lapsos eſſe,  
 aut nimis aspere ac dure locutos. Libro 3. cap. 5. ¶ 10. Quum  
 ergo mihi obijciunt aduersarij, ante mille & trecentos annos vſu  
 receptum eſſe, ut praecationes fierent pro defunctis: eos viciſim  
 interrogo: quo Dei verbo? qua reuelatione? quo exemplo fa-  
 ctum fit? Et paulo poſt. Ipsi etiam Veteres, ait, qui preces funde-  
 bant pro defunctis, & mandato Dei & legitimo exēplo ſe deſtitui  
 videbant. Cur ergo audebant? in eo dico aliquid humani paſſos  
 eſſe: ideoq; ad imitationē trahendū non eſſe quod fecerunt con-  
 tendo. Libro 3. cap. I 5. ¶ 2. reprehendit vetulos Ecclesiæ scriptores  
 propter merita bonorum operum: & nomen meriti ab eis usurpatum: &  
 desiderat in eis sobrietatem; addens eos unius vocule (meriti) abuſu,  
 erroris materiam posteris prebuiſſe. Lib. 4. cap. 4. ¶ 10. reprehendit

veterem Ecclesiam quod plus voluerunt in Episcopo requirere, quam Paulus requirebat nempe cælibatum. Addit eos non nihil peccasse hac immo-  
dica seueritate. Et cap. I 2. ¶ 24. Certè quod Sacerdotibus inter-  
dictum fuit ( à Patribus antiquis ) coniugium id factum est, impia-  
ty annide, non modo contra verbum Dei, sed etiam contra om-  
nem antiquitatē. Lib. 4. cap. I 2. ¶ 8. agens de Veterū Patrum sen-  
tentia, & pena temporali post culpam dimissam remanente ait: Qua in  
parte excusari nullo modo potest, immodica Veterum austeri-  
tas, quæ & prorsus à Domini præscripto dissidebat, & erat mi-  
rum in modum periculosa. Libro 4. cap. I 2. ¶ 19. accusat Ve-  
teres, quod subinde immodicè laudarunt iejunium: & hoc modo supersti-  
tionis quedam semina iecerunt: & occasionem præbuerunt tyrānidī quæ  
postea exorta est. Et ¶ 20. ait: passim tunc inualuerat supersticio-  
sa Quadragesimæ obseruatio: & pastores eam commendabant  
pro sancta Christi imitatione. lib. 4. cap. I 5. ¶ 19. agens de be-  
nedictione aque Baptismatis, de vsu cerei cum chrismate, ex sufflatione  
& alijs ceremonijs Baptismi ait: Inuenita est benedictio vel potius in-  
cantatio, quæ veram aquæ consecrationem pollueret. Additus  
postea Cereus cum chrismate: exsuffratio vero ianuam ad bas-  
ptismum aperire visa est. Etsi autem me non latet, quam vetu-  
sta sit aduentitia huius faraginis origo: respuere tamen mihi &  
omnibus pijs fas est, quicquid ad Christi institutionē addere aust-  
funt homines. Ibidem ¶ 21. agens de Baptismo in periculo  
mortis per laicos viros & etiam fœminas conferendo ait: Quod ab ip-  
so fere Ecclesiæ exordio vsu receptum fuit: ut in periculo mor-  
tis laici baptizarent si minister non adesset: non video quam fir-  
ma ratione defendi queat. Et causam huius erroris in Patribus notae  
fuisse, quod sentirent Baptismum ita esse ad salutem necessarium, ut sine eo  
homines non possint saluari: ipse vero pro sua libertate Euangelica, ape-  
rit infantibus Regnum cœlorum absque ullo baptismō: & ait: Hoc do-  
gma antiquorū Patrum magnum dānum in Ecclesiam Dei inue-  
xisse. Lib. 4. cap. I 7. ¶ 39. His, inquit, rationibus clarè patet  
repositionem Sacramenti quam nonnulli vrgent, ut ægrotis ex-  
tra ordinē distribuatur, inutilem esse. Et mox. Sed enim qui hoc  
faciunt

faciūt habent veteris Ecclesiae exemplum. Fateor. Verum in re  
 tanta, & in qua non sine magno periculo erratur, nihil tutius est  
 quam ipsam veritatem sequi. Quasi verò Caluinus rectius quam vetus  
 Ecclesia veritatem ipsam intellexerit. Ibidem ¶ 43. ait nihil referre, an  
 panis in coena Domini sit fermentatus an azymus, & tamen damnat totā  
 antiquitatem, & imprimis Alexandrum Pontificem, quod pane azymo  
 visi sunt. Et postea addit: Si quis vetustate tueri huiusmodi inuen-  
 tiones velit: nec ipse ignoro, quam vetustus sit chrismatis & ex-  
 sufflationis in Baptismo usus: quam non longè ab Apostolorum  
 ætate coena Domini tacta rubigine fuerit: sed ista humanæ con-  
 fidentiæ procacitas est: quæ se continere nequit, quin semper in  
 Dei mysterijs ludat & lasciuiat. Lib. 4. cap. I 8. ¶ I I. loquens  
 de tota forma sacrificii Missæ: Excusari (Veteres) non posse arbi-  
 tror, quin aliquid in actionis modo peccauerint. Imitati enim sunt  
 proprius Iudæorum sacrificandi morem, quam aut ordinauerat  
 Christus: aut Euangelij ratio ferebat. Lib. 4. cap. I 4 ¶ I 7.  
 Fateor, inquit, antiquitus quoque receptum fuisse hunc modum  
 (vouendi castitatem in Monachatu) sed eam ætatem sic ab omni vi-  
 tio liberam fuisse non concedo: ut pro regula habendum sit, quic-  
 quid tunc factum est. Et ¶. I 6. Ibidem, Non dissimulo, inquit, vel  
 in illa, quam Augustinus commendat, prisca forma: (Monachos  
 rum) esse nonnihil, quod mihi parum placet. Ibidem ¶. I 5. Agnos-  
 cit Augustini tempore Martyrum reliquias fuisse circumgestatas, vene-  
 rationis causa, Dixit Gregorius libros Idiotarum esse imagines: at  
 longè aliter pronunciat spiritus Dei, in cuius schola si edoctus  
 fuisset, nunquam ita locutus fuisset: ait Caluinus lib. I. cap. I I. ¶.  
 5. At hinc quid sequitur, nisi Gregorium Caluni sententia in schola Dia-  
 boli fuisse edictum? His igitur omnibus locis, nihil aliud facit Caluinus,  
 quam aperte ostendit nostra dogmata esse doctrinam Catholicam om-  
 nium veterum Patrum, sua verò dogmata esse Hæreses à Patribus olim da-  
 mnatas: simul etiam se Patres omnes ne pili quidem facere. Quare: quia  
 Papismum manifestè defendunt, & ipsius Hæreses aperte damnant. Et  
 quid aliud faciunt Centuriatores Magdeburgenses, quam quod hic facit  
 Caluinus, dum in singulis Centuriis studiosè annotant, & etiam grauiter  
 reprehe...  
2011.01.01

reprehendunt in viuis cuiusq; seculi Patribus ab ipsis Apostolorum tem-  
poribus, Papisticos ritus, ceremonias, dogmata que modo Catholica Eccle-  
sia amplectitur.

Videamus modo, quid sentiant de Patribus Puritani in Anglia & ali-  
cal. in Ite extra Angliam. Vitofius Caluinopapistarum in Anglia post  
Papissam Anglicanam caput: aduersarium suum Carterouitum Puritano-  
rum Antesignanum, veterum Patrum crebris testimonis fortiter soleat  
oppugnare: Carterouitus vero cum suis, Patrum testimonia ac consensum  
velut paleas: Ecclesiæ veteris exemplum, ut putidas nicias audacissime  
reiciat. Vnde ad lustini Martyris testimonium respondet: Hæc veterū  
testimonia tam sollicite inquirere: nihil est aliud, quā ex fœtidis  
lacunis & fossis sordes colligere. Ad Hieronymi testimonia  
respondet: Qualia sunt tempora, tales esse qui in illis scribūt: cor-  
ruptis temporibus, corruptè eum scripsisse, nec sincerum aut  
purum aliquid ab eo expectandum. Ad testimonia Clementis, A-  
naleti, Epiphanij, Ambrosii, Sozomeni respondet: Hunc arguendi  
modum esse ex inferis petere argumenta: tempora illa fuisse im-  
pura, & à simplicitate Apostolica, plurimum recessisse. Augus-  
tino in testimonium à Vitigifio vocato, respondet Carterouitus: Impru-  
denter huius Doctoris intentia profertur: cum hac ratione ad  
omnia Papistica dogmata confirmando fenestra aperiatur. De-  
nique, quando Vitofius plurima antiquissimorum Patrum testimonia ad-  
duxit ad probandum Timotheum Ephesinorum Episcopum fuisse: omnia  
illorum testimonia uno verbo excutit Puritanus. Si inquit, quot hic  
testes proferuntur, tot testimonia Centuriæ proferrentur: æquiu-  
lere non possent: multo minus præualere unius Apostoli testi-  
monio. Sic bonus iste Puritanus ab ipso Caluino edocetus, & aliorum  
Caluinistarum exemplum secutus, omnia patrum testimonia eo prætextu  
reiicit: quod contra tantum Apostolum præjudicare non debeant: quasi  
aut tot Patres Apostolum nō æque recte intellexerint: aut Apostoli sen-  
tentiam minus sancte ac religiose tenuerint quam Puritanus iste. Sed  
vitinam saltem Apostoli verbis ac testimonio fidem adhiberent: certè in  
Caluino-Turcismo lib. 2, cap. 7. Pag. 118. inuenies, nec Apostolo ipsis  
confidere. Sic enim ibi ait Fricius: Verbum Dei est clarum & aperto-  
rum hoc

tum: hoc nobis audiendum est: hoc præferendum est omnibus Paulis, verbisq; Pauli; non secus quam Deus, præfertur homini.

Preiuit Carterouito in hac re suo exemplo Vitakerus; qui in *Responsione ad Demonstrat. 7. Sanderi de Antichristo*: Sanderum alloquens:

Nihil, ait, te demonstrasse existimabimus, si vel Patrum integrum Senatum corra nos commoueris: nisi quod dixeris id Dei ipsius, non hominum voce comprobetur. Quasi Patres vetusti vocem Dei non eque intellexerint, ac iste Caluino Papista Vitakerus.

Beza in Epist: ad Condeum Principem anno 1565. præfixanouo testamento, omni studio conatur probare Patres esse contemnendos propter has potissimum rationes. Prima, quia ipsi Patrum admiratores (intel, ligit Catholicos) Patres non sine multis exceptionibus admittunt. Secunda, quia ipsi Patres præsertim Cyprianus, Augustinus, & Chrysostomus in suis scriptis, ad unam sacram scripturam nos reuocant. Tertia, quia non est inter Patres, qui non secum ipse, & ab aliis, multis in rebus & ijs quidem maximi momenti dissentiat. Ibidem tempore Augustini & Hieronymi agnoscit & fatetur a Patribus, Sanctos fuisse inuocatos: purgatorium post mortem agnitum: pro mortuis oratum: Monachos & Sacerdotes cœlibes vixisse: Quos, inquit, pudendos errores aperiè defendit Hieronymus: & illi valde dolet, neminem ex Patribus, ipsis erroribus nascentibus se in Grecia aut alibi opposuisse. Signum est nullum tunc fuisse in mundo Lutheranum: nullum Caluinstam. Nam si fuissent, vix plenis buccis & spiritu audaci se, ut nunc faciunt Euangelici nostri ipsis pudendis erroribus opposuerent.

Musculus in locis Com. cap de *Missa Papistica*: Doceant, inquit, suū sacrificium, neq; ex scriptis Patrum, neque ex Concilijs Episcoporum: neq; inueteratae consuetudinis præscriptione, sed ex sacris & Canonicis scripturis. Vult dicere, Patres & concilia contra scripturas Missæ Sacrificium stabiluisse, veleas non tam bene ac ipse intellexisse.

Augustinus quantus, quantus est, in maximis præcipuisq; casulis noster est: hoc est, Caluinsta est. ait Vitakerus. At superiorius ex Beza audiuiimus, eum pudendos errores quos Hieronymus defendit; amplecti & profiteri; ex Luthero eum esse Iuslitiarum Regni Papistici cognouimus.

Hieronymum vocant Caluinistæ in scuto fidei, Dialogo 6. 7. & 8.  
hominem inconstantem, furiosum, rabidum, mente captum, sibiq[ue] repus-  
gnantem, sacrae scripturæ euersorem, Hominem impium, falsum Christi  
anum, Idololatriæ Doctorem, nō sanctum sed æquedamnatum ac Diabo-  
lum. Vide Feuardentium Dial. I. pag. 8.

Augustinum vocat Caluinus Theologastrum nugacissimum, blateran-  
tem nugas, hominem in omni doctrina varium, & inconstantem, quem de-  
crepitæ vetule emoueant desideria. Vide Feuardentium loco citato;

Irenæum Martyrē afferunt Geneuenses in Scuto fidei Dialogo 8. nun-  
quam sacras perlegisse literas: nec intellexisse Apostolorū sym-  
bolum: sed multa protulisse in Christum pestifera, nefaria, &  
ab omnibus rei scienda: multa temere cōmutasse, & à vera ac A-  
postolica doctrina turpisimè deflexisse. Mentitur itaque Vitakerus  
Pag. 90. contra Campianum dicens: Irenæum non solemus con-  
tumeliose appellare, quem virum fuisse sanctissimum & doctis-  
simum confitemur.

Vitakerus lib. 7. contra Duræm. Gregorium, inquit, agnosco vi-  
rum bonum, & sanctum: tamen non fuit, ut dico, nimium bonus.  
Habuit enim multa quæ possunt meritò reprehēdi: quod qui ipsi-  
sus libros legunt, eosq[ue] cum scriptis Apostolicis conferunt, faci-  
le animaduertunt. Itaque apud istos Euangelicos Gregorius est vir  
bonus & sanctus etiam si in schola Spiritus Sancti non fuerit edocitus, ut  
dixit Caluinus, & multa contra scripta Apostolica scripsiterit & docuerit,  
ut hic ait Vitakerus.

Augustinum ait Daneus contra Genebrardum, durè & periculose loqui,  
quando de fili⁹ Dei æterna generatione idipsum loquitur, quod tota Eccle-  
sia Catholica semper hactenus locuta est. Vide Caluino-Turcicum lib. 3.  
cap. 4. in fine. Caluinus in Opusculis. Theolog. Pag. 480 Patres Nicenii  
Concilij fanaticos homines appellat: quia Presbyteris usum uxorum ne-  
gabant.

Carterouitus in 2. Replica contra Vitigiftum: Iustam, inquit, causam  
habemus, suspicandi vel in questionem vocandi quamcunq[ue] do-  
ctrinam ab ipsis primæ uæ Ecclesiæ Patribus traditam, nisi eadē  
solidis verbi Dei testimonijs roboretur. In eadem Secunda Replica

Pag. 618. Hoc, inquit, argumentum, quoniam dicitur ab autho-  
ritate Epiphanij hominis erroribus obnoxij, non potest multā  
causæ meæ nocere, si enim, quicquam contra me valere debet:  
quod Aërius Hæreticus, Episcopum & Præsbyterum confundes-  
re voluerit: quos Epiphanius Catholicus verbo Dei putabat esse  
discretos & separatos: vel quod Augustinus hoc inter Hæ-  
reses Aerij recensuerit: eo modo, & magnum præiudicium veris-  
tati illi fieret, qua credimus pro mortuis non esse orandum, neq;  
pro illis sacrificia offerenda. Nam Epiphanius Tomo 1. hæ-  
resi 75. hanc vocat hæresim Aerij. Idemq; sentit Augustinus hæ-  
resi 53. quæ tamen est doctrina orthodoxa. Habemus igitur  
Caluinitas & Lutheranos esse Hereticos iudicio Epiphanij & Augu-  
stini, quandoquidem cum Aerio heretico negant pro mortuis orandum, a-  
ut sacrificandum. Demique Socinus contra Volanum Pag. 232. ait  
Patres Athanasium, Augustinum, Hieronymum, & alios circa cultum  
& inuocationem sanctorum, ita grauiter lapsos, vt inter Idololatras nu-  
merari posse videantur. Nam certè, qui inuocationis cultum alijs  
tribuit quam Deo eiusq; filio Iesu Christo, is idolum quoddam  
sibi singit Ob hanc rationem quam Socinus a Lutheranis & Caluinitis  
acepit, non modo nos Catholicos, sed etiam omnes antiquos Patres, Ido-  
lolatras esse, passim in suis scriptis isti Quinti Euangelii Professores cla-  
mitant.

Ab istis Euangelicis didicerunt fratres & filii ipsorum Arriani, Tri-  
theite, Samosateenses, affirmare Athanasium fuisse Athanasium: ab eo  
inuentum fuisse Deum tripartitum: Nicenos Patres fuisse omnes cœcos,  
Sophistas, Ministros Bestie, mancipia Antichristi, eiusq; præstigiis fa-  
scinatos: contra quos ait Beza Epist. 81. Miror an isti vnquam scri-  
pta Patrum perlegerunt: quibus ut Sophistis conuictiantur. Nam  
si legerunt, qua fronte audent tandem illos opponere verbo Dei  
quos constat uno verbo Dei nixos fuisse? Si vero vel non lege-  
runt prorsus, vel oscitantur legerunt: quis hic pudor est, disci-  
pulos sedere suorum Magistrorum, etiam non auditorum iudi-  
ces? Sed o bone vir, quis docuit istos Discipulos sedere Magistrorum  
suorum iudices, nisi tuus Caluinus: qui vult quemlibet priuatum hominem  
omnium

omnium Patrum scripta, Conciliorum decreta ad regulam, verbi Dei exanimare: qua fratre tuo Calvinistae audent Patribus opponere verbum Dei quos uno verbo Dei in dogmatibus Catholicis de reali praesentia, de sacrificio Missæ, de Purgatorio, & similibus assertendis, maxos esse constat: Vos quidem Protestantes hoc paucim negatis: at Patres ipsi hoc affirmat: viris fides adhibende, an vobis negantibus, vel Patribus affirmantibus

Denique, adeo Patres uniuersi sunt nostri, ut non puduerit Vitakerum lib. sexto contra Dur.eum Pag. 408. scribere. Ex Patrum erroribus Pontificiae religionis centonem consutum esse. Itaque iudicio & confessione istius Calvinistæ Patrum errores sunt: Primatus Romani Pontificis, iure Diuino, in uniuersam Christi Ecclesiam, Sacrificium Missæ pro viuis & defunctis; Communio laicorum sub una tantum specie: realis presentia corporis & sanguinis Christi in Eucharistia: Transubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinem Christi: Culius & invocatio Sanctorum: Oratio pro mortuis in Purgatorio: vsus imaginum sanctarum in templis: Iustificatio per iustitiam inherentem, non per imputatiuum: Iustificatio per fidem & bona opera, & non per solam fidem: Bona opera mereri vitam eternam. Hec enim, ut de multis alijs taceam, non ignorat ipse, esse Pontificiae religionis dogmata non postrema, in quibus difficiunt Pontificij a Protestantibus. Quod autem nobis dat Vitakerus, lis benter accipimus; nempe Patres Sanctos, & antiquos Ecclesie Doctores non fuisse Quinti Euangeli secundum Calvinum vel Lutherum, vel secundum Synagogam Geneuensem, aut Anglicanam Professores: sed religionis Pontificiae secundum Euangelium Christi. Illud vero est valde observandum, quod cum Patres primitiæ Ecclesiæ fuerint, (vi hic clare fateatur Vitakerus) Papistæ: planè inde sequitur Ecclesiam primitiæ totam fuisse Papisticam, non Lutheranam, vel Calvinisticam. Nec enim aliam fidem habuit Ecclesia Primitiæ, quam Patrii & Doctorum suorum temporum. Sequitur ultius, fidem Papistarum esse fidem Apostolicam, quandoquidem Patres & Doctores Primitiæ Ecclesiæ, atque adeo Primitiæ Ecclesiæ tota, non aliam habuerit fidem, quam eam, quam ab Apostolis acceperat. Sed ridiculum est valde, quod Pag. 407. scribit Vitakerus; Si Patres reuiuiscerent, errores suos agnoscerent Vult dicere, Patres & Doctores, qui primis sexcentis annis post Christum vixerunt, si moda

modo reuiuiscerent & videret, iam exortam claram lucem Quinti Euangelij secundum Caluinum: istos quos iam enumerauimus Pontificios, vel (ut Beza vocat) pudendos errores agnoscerent, ac reuocarent, nec diuinius permanerent Papistæ, sed omnino fierent feruentes & egregii Caluinistæ. Quo quid magis ridiculum, dici aut fangi potest. Et cur obsecro potius fierent Calunistæ quam Lutherani, vel Anabaptistæ, Samosatheni. anti vel Arriani? Cum omnes istæ sectæ quaniuis sibi iniucem repugnantes, plenis buccis crepant: se veram Euangelij à Papa extincti lucem mīdo, non minus, imo magis quam Calunistas attulisse. Sed obserua lector huius hæretici miram in scribendo inconstantiam, & in mentiendo impudentiam. Nam in Epistola dedicatoria praefixa volumini Ioannis Iuelli, scribit religionem Romanam adeò esse nouam ac recentem, ut ex omnibus Paribus, qui primis sexcentis post Christum annis vixerunt, nullus sit qui ei vel una voce suffragatus sit. Nunc vero seipsum hujus impudentissimi mendacij redarguens, clarè scribit, religionem Pontificiam consutam esse ex erroribus Patrum: & Patres si modo viuerent, istos suos errores reuocatueros. Rursus superius Pag. 51. afferit Ecclesiam totis illis primis sexcentis annis, puram fuisse & inuiolabiliter defendisse fidem ab Apostolis Petro & Paulo traditam: nunc vero ait, Patres & Doctores illis primis sexcentis annis, tot errores Papisticos docuisse, ut ex eis tota doctrina Pontifica conflata sit.

Nunquid lector desideras clariora testimonia, ad probandum Paires non fuisse Protestantes, quam ista quæ ex ipsorum libris retulimus? Habetus enim ex ipsorum Euangelicorum confessionibus, Patres fuisse mancipia Antichristi: fuisse Idololatras, ob cultum ac invocationem sanctorum fuisse Institiarios Regni Papistici, non fuisse Sanctos, sed damnatos. Habetus Patres orasse pro mortuis, Sacrificium pro defunctis obtulisse. Monachatum & coelibatum Ecclesiasticorum defendisse, reliquiarum venerationem, & sanctorum invocationem approbasse, quod sane Idololatria est, si Vitakero & alijs Protestantibus credimus. Habetus Paires non fuisse vera Ecclesia, vera membra, nec omnino veros aut puros Evangelicos: tum quia non sincere prædicabant verbum Dei, sed multos errores Papisticos, imo apertam idolatriam admiscuerunt: tum quia Sacramenta non iuxta Christi institutionem, sed ritu Papistico administrarunt: in

Baptismo adhibendo exorcismos, chrisma, cereum, exsufflationem, ut ex Caluino audiuius: & coenam verterunt in sacrificium, iuxta ritum Iudaicum, ut idem Calinus affirmat. Denique habemus, quod admittere testimonia Augustini & aliorum Patrum, nihil sit aliud, quam ad omnia dogmata Papistica confirmanda, fenestram aperire. An Papistæ ita tractant s. Patres? Minime sane: quin potius eos honore afficiunt, reues remer de illis loquuntur: in celo illos esse credunt: & in gloria coelesti constitutos religiose colunt & inuocant. Quare hoc: quia non solum ex proprijs ipsorum scriptis, sed etiam ex protestantium confessionibus, agnoscunt eos fuisse Catholicos: fidem docuisse Catholicam: mortuos esse in fide in Catholicâ: nec ob alias ullam causam ab Euangelicis sic esse contemptos, flagellatos, & damnatos, quam ob fidem Catholicam. Adeo ut Lutherus de his Discipulis penitus desperare solitus fuerit, qui veterū Patrum monumenta paulò diligentius, in causa religionis consulere coepissent. Lege Iacobum Bilium in prefatione operum Ioannis Damasceni.

Cui autem ista quæ diximus non sufficiunt ad probandum Patres non fuisse Euangelicos: legat præcipuorum Patrum confessiones. Augustinus anam dico, Hieronymianam, Ambrosianam & Gregorianam: quas de rebus inter Catholicos & Euangelicos, hodie controversis collegerunt ex ipsorum libris viri doctissimi nostri temporis: & saltet credat ipsi smet patribus pro se loquentibus. & a partibus Catholicorum se stare assertentibus: & hereses nostrorum Euangelicorum condemnantibus.

Sed hic aduerte lector admirabile Dei iudicium, simul ac spiritum virginis in istis Protestantibus. Urgebant illos Catholicî authoritatibus Patrum & Conciliorû Pro primatu Romani Pontificis, pro inuocatione sanctorum, pro Purgatorio, pro sacrificio Missæ, & huiusmodi alijs dogmatibus Catholicis: responderunt Euangelici se Patres ne pili quidem facere: utpote homines qui errare possunt, & in multis errauerit. Patribus, at Vitakerus, contra Campianum, tantisper assentimur, dum scripturis adherescunt. Quo fit ut nihil apud istos Euangelicos Patrium quam Arrianorum ant quorumvis Hereticorum maior sit autoritas. Nam Arrianis, & quibuscumq; hereticis assentientur, quatenus ipsi scripturis adherescunt. Non multo post Caluinopapiste in Anglia Patres, quos in gravioribus dogmatibus fidei impie contempserunt, & superbe reiecerunt, vo-

cant in suum auxilium contra Puritanos in rebus multo leuioribus: & cū ex scripturis Diuinis non possunt sue Ecclesie Anglicanæ politiam, ritus, & ceremonias contra eos defendere: Patrum & Conciliorum authoritatibus, eos opprimere mituntur: sed frustra. Nam quod ab eis didicerunt, mox respondent; Patrum testimonia sollicite querere, nihil esse aſſind, quam ex fætidis lacunis & fossis fordes colligere: eos corruptis temporibus vixisse, & iuxta temporum cursum corrupte scripsisse: non esse eis fidem adhibendam: nisi quod doceat claris scripturæ testimonijs, quod hactenus non fecerunt, confirmet. Dum vero urgent eos auctoritate Conciliorum: respondent quod ab Urbano Regio didicerunt; Concilia omnia perniciose errasse, & optimis Synodis Sathanam ut Beza docuit, præfuisse.

Idem plane accidit Beze & Genevensibus Caluinistis. Cum enim isti contra nouos Arrianos, Tritheitas & Samosatenses, ex solis scripturis ad quas isti semper prouocabant, non possent evidenter probare, aut sufficienter defendere Dei unitatem & personarum Trinitatem: confugerunt ad Concilia, & Patres tanquam ad sacram anchoram, ut vel ex una Epistola Beze § 1. manifeste constat. Ibi enim Beza dimisit scripturis, ad quas solas semper Protestantes in certamine contra Catholicos prouocarunt, premit illos amplissimo illo, ut ait, Nicenæ, Ephesinæ, & Calcedonensis Synodi concessu, quo, inquit, nihil vñquam sanctius, nihil augustius ab Apostolorum aspectu Sol vñquam aspexit. Quid ad hoc Petrus Statorius olim Beze discipulus, nunc Samosatenium facile princeps. Nolo, inquit, in hoc mysterio vel tantillum à sacris literis abduci. Quasi diceret. Habeas tibi Beza tua concilia, quibus in præfatione Novi Testamenti Sathanam præfuisse agnoscis: mihi sole sacrae scripturæ ad hanc & omnem aliam controuersiam terminandam sufficiunt.

Simile quid accidit Caluinistis in Polonia. Nam cum in frequentibus Synodis & disputationibus Petrikouie, Pinczouie, Albæ Iulie, Vardini, Claudiopoli, & alibi: Trinitarij de Trinitate contra Lutheranos, & Caluinistas digladiarentur, & semper expreſſum Dei verbum postularè: Caluinista pro suo firmissimo presidio, instar Beze confugerunt, ad Patres, Antiquitatem, Uniuersitatem, receptum in tota Ecclesia sensum & consensum: Arriani vero è contra, cachinnantes & de eis triumphantes:

Hi sunt, inquit, vetusti panni, quos vos ipsi primi lacerastis, in alijs fidei articulis. isti sunt Gabaonitarum exoleti sacci, viresq; obsoleti: & laerata iam dudu calciamenta, &c. ut in Spongia Re- scij. Simil modo Volanum expedivit Faustus Socinus. Cum enim Volanus in sua Parenesi contra Ebionitas urgeret eos auctoritate Patrum, auctorius Ecclesiae veteris: respondet Socinus, Patres & Ecclesiam in hoc articulo de Trinitate, non minus errasse, quam in Sanctorum inuocatione, Missæ Sacrificio, alijsq; dogmatibus Papisticis astruendis: & monet Volanum, vi non amplius adserat, Patrum pro hac re auctoritates: cum ipse met in libello suo contra Lioolitas, reiicit Athanasium, Hieronymum, Augustinum, Theodoretum, tanquam Idololatras; propter inuocationem Sanctorum, ab ipsis usurpatam & assertam. Si dixerint Patres fuisse Euangelicos, quia in illorum scriptis, aliqua saltem dogmata istorum Euangelicorum propria reperiantur: praeterquam quod hoc aperte falsum est, pari ratione inferes etiam Arrianos, Sabellianos, Photianos, Eutychianos, Nestorianos, & similes Haereticos fuisse optimos Euangelicos: quia & ipse proculdubio, aliqua habebant dogmata, cum Euangelicis nostri temporis communia: & nihilominus erant manifesti & blasphemii Haeretici. D. Athanasius in suo Symbolo nos docet, ut quis sit verus Christianus, & salutem consequatur aeternam, omnino necessarium esse, ut fidem Catholice integrum, inuiolatamque serueret: & communis schola Theologorum docet, ad hominem Haeticum constituendum, & aeternam damnationem incurram sufficere unius articuli fidei abnegationem, ut etiam ex Chrysostomo docet Conradus in Theologia Caluiniana.

Sed iam expendamus quanti momenti sint cause, & rationes propter quas Patres, Concilia, antiquitatem omnem reiiciunt & contemnunt.

Prima est, quia homines erant, qui errare potuerunt, & in multis errarunt: quasi Euangelici non essent homines, sed Angeliz qui nunquam errarunt, nec errare possunt. Sed bene habet, quod ipsum Seetarij, multis & magnis voluminibus, errores suos circa fidem suam prodiderunt. Nam Conradus in lib. de Theologia Caluiniana supra quadraginta crassissimos errores Caluinistarum mundo propalauit. Vicius Beza in responione ad Colloquium Mompelgardense, & Zacharias Ursinus in admonitione de lib. Concordie, nec paucos, nec leues errores Lutheranorum mundo manifestarunt.

Secunda

Secunda est, quia corruptis temporibus vixerunt, & iuxta temporum rationem corrupti scripsierunt. At quibus obsecro temporibus vixerunt, aut viuunt nostri Protestantes? an non suo etiam iudicio corruptissimis? An Puriora sunt nostri seculi tempora, quam fuerunt illa primitiae Ecclesiae? an non ipsimet Evangelici passim in suis Concionibus ad populum: huius temporis, & suorum Protestantium, cuiusq; sectae multiplicem corruptionem deplorant? An credibile est istos quoque cum corruptissimis temporibus, viuant, corrupte quoque non scribere? An ipsimet publicis scriptis suas corruptiones sibi inuicem non obijcant? An non grauiter conqueruntur Lutherani de Calvinistis, quod ipsorum scripta corruerint, imo & ipsum verbum Dei? Conradus certe lib. 2. art. 6. Biblia Germanica Tiguri impressa, insigniter esse depravata, grauiter conqueritur. Nam ubi cuncti textus haberet; Hoc est corpus meum, vel, Hic est sanguis meus, textus ita erat falsatus; Hoc significat corpus meum: Hoc significat sanguinem meum. Certe Catholici scriptores nostri temporis, qui ex ipsorum libris tot hereses, tot mendacia, tot corruptelas Patriarum Conciliorum, Historiarum, & aliorum scriptorum collegerunt: & libris editis mundo euulgarunt, clarissime probant, eos corruptissime scribere.

Tertia est, Patres nullo Dei verbo nixos varia dogmata Papistica docuisse. At cum Beza aperte Epict. 8 I. fateatur eos uno Dei verbo nixos Arrianos, Nestorianos, & alios Hereticos debellasse: quomodo est credibile, dogmata Papistica absq; Dei verbo, imo & contra expressum Dei verbum (si vera sunt quæscribunt Protestantes) in scriptis suis tam constanter, ac unanimiter, ut patet ex Confessionibus Augustiniana, Hieronimiana, Ambrosiana & Gregoriana assertisse & defendisse? Et cum ipsimet Patres in scriptis suis, proferant expressum Dei verbum; & ex Dei verbo sua se probare dicant: quibus magis credemus? Protestantibus id negantibus, an Patribus affirmantibus.

Quarta est, quod Pares non recte intellexerint verbum Dei. At hoc est, antiquum & commune refugium Arrianorum, & omnium veterum Hereticorum, qui cum a Patribus & Concilijs premerentur, verbo Dei dicere soliti sunt, eos perperam scripturas intelligere & exponere. Et quis ius sit istos male moratos Discipulos sedere Magistrorum suorum iudeces?

dices & eos non auditos condemnare? Patres certè si in iudicium vocas  
rentur, se rectè scripturas intellexisse, non modo affirmarent, sed etiam  
probarent: quibus magis puto credendum id affirmantibus, quam omnibus  
Euangelicis, & Arrianis id negantibus. Et quis nobis fidem faciet, Pro-  
testantes rectè scripturas intelligere, cum eorum expositiones sint plane  
contrariae, & se mutuo coarguant de falsa expositione & intelligentia  
scripturarum, ut libri eorum passim ostendunt. Kemnicius in examine  
Sess. 25. Si Pontificij, inquit, sententias veterum vrgere volue-  
rint: prouocabimus ad locum communem, in quo ipsi Patres  
pronunciant, quid de hominum scriptis, sicuti à Sacra scriptu-  
ra regula declinant, iudicandum sit. Ergo ne veteres Sancti Pa-  
tres, quia Kemnitii & aliorum Sectariorum iudicio in controuersiis de fi-  
de, & de scripture sensu aduersantur, à scripture regula declinare iudiz-  
candum est? Nonne rectius ab illa declinare Sectarios iudicabimus, cum  
aduersantur Patribus?

Quinta est, quia Patres sèpe laborabant affectibus, & ijs nimium: in-  
dulserunt: quo factum est, ut veritatem minus perspexerint, & de rebus  
minus rectè iudicauerint. At nūquid Euangelici affectibus careant? Imo  
si ab orbe condito, aliqui affectibus laborauerint, Euangelici sunt. Tam  
enim sunt vehementes eorum affectus in dogmatibus Hæreticis stabilien-  
dis, ut non modo publicis scriptis se mutuo expugnent; & horrendis cōiuris  
lacerent: sed etiam sedibus mutuis se pellant, nec in eadem ciuitate se facile  
compatiantur, duæ aut tres Sectæ simul. An Patres unquam se mutuo  
conuiitius ita lacerarunt? An publicis scriptis se mutuo in rebus fidei oppu-  
gnarunt? An se mutuo pagis, oppidis, ciuitatibus expulerunt? Notum est  
quam grauiter conquestus sit Ioannes à Lasco, se cum suis Cinglianis, cum  
ex Anglia in Germaniam profugerit, ne hospitium quidem apud Lutheræ  
nos in Germania habere potuisse. Castilio Cingianus, an non coactus est  
Geneua aufugere, quod blasphemæ doctrinæ Caluini de prædestinatione se  
opposuerit? Carterouitus Puritanus, cur fugit ex Anglia, cum tredecem  
alijs Puritanis Ministris, nisi ob periculum, quod passi sunt à Caluinopa-  
pistis in Anglia?

Sexta est: quia non est inter Patres qui non secum ipse & ab alijs.  
multis in rebus, & ijs quidem maximi momenti dissentiat, ut ait Beza.

Quid

Quid? Protestantes secum consentiunt ac ab alijs non dissentunt? nullus prorsus est inter Protestantes, qui non secum ipse & ab alijs in rebus fidei grauiissimis, dissentiat. Ista res luce ipsa clarior est: & non modo ipsis, sed etiam tori orbi notissima est: nec vlla eget probatione. Legat qui volet virulenta utriusque partis scripta contra se mutuo edita: legat Bellum quinti Euangelij: Conradum de Theologia Caluiniana: Bezan contra Hessicum, Caluinum, contra Westphalum, Bullingerum contra Brentium, Cinglium contra Lutherum. An vñquam Pares in aliquo articulo fidei pertinaciter dissenserunt inuicem? aut scriptis ita se mutuo oppugnarunt? Si inter Patres aliqua fuit dissensio: ea vel non fuit de rebus fidei: vel certe absq; pertinacia fuit: parati enim semper erant iudicium suum submittere Ecclesiae definitioni. At Protestantes nullius iudicium præterquam propriū curant: nec enim vna Secta Protestantium iudicium suum submittet vñquā iudicio alterius sectæ: nec quisquam Euāgelius, alterius sectæ Euangelicum, sedere iudicem de sua doctrina permettit vñquam. Omnes igitur cause quas isti afferunt ad reiiciendos Patres multo efficacius militant contra ipsos, & magis probant reiiciendos esse Protestantes quam Patres. Atq; has quidem causas illi, cur iudicio Patrum in rebus fidei controuersis non acquiescunt speciose prætendent. Sed vera & vntica causa est, quia clare vident Patres fuisse manifeste Catholicos, & ipsorum dogmata Protestantica aperte, vita & moribus, scriptis & factis, condemnasse: vt non absq; causa Lutherus eos Iusticiarios Regni Papistici vocauerit. Quando igitur à Patrum sententia ad scripturam tam sepe prouocant: nihil aliud faciunt, quam quod à certissima antiquitatis & totius Veteris Ecclesie interpretatione, quam sibi aduersari vident, ad fragmenta sua specioso titulo & prætextu Scripture velata vanissime prouocant. Negare enim in Patribus fuisse omnia que ipsi requirunt ad Scripturarum rectam intelligētiā non possunt. Constat enim fuisse doctissimos, linguarum peritissimos, sapientissimos, in scripturis explanandis diligenterissimos, Dei Spiritu si qui vñquam alij illuminatos. Cur ergo Patres respūnt. Certe non ob aliam causam, quam ut suas heres quibus sententiae Patrum aduersantur, stabiliant.

**Quod non fuerint Quinti Euangelij Professores illi  
ipsi quos Protestantes ut tales proferunt.**

## CAPVT VI.

**V**ITAKERVS contra Campianum Pag. 56. Temporibus, inquit, Apostolicis, omnes Ecclesiæ, omnes Vrbes, omnia oppida, familias omnes, eandem fidem & religionem coluerunt, quam nunc nos profitemur. O splendidum mendacium. Quis enim credit, omnes Ecclesiæ, Vrbes, oppida, familias temporibus Apostolicis fidem ac religionem Caluinianam coluisse? Sed bene habet quod hoc mendacium ab ipsissimè Lutheranis in Confess. Mansfeldensi refutetur. Ibi enim aiunt se Caluinisticam fidem detestari: quod noua sit, quod Veteri Ecclesiæ prorsus incognita: quod denique ipsorum secta in seipsa sit diuisa. Et quid hic dicit Vitakerus pro suis Caluinistis quod pari probabilitate non possint dicere Arriani, Lutherani, Anabaptiste & singuli Hæretici pro suis heresisbus & sectis. Sicut enim Arriani, Pellagiani, Donatistæ & alij antiqui Hæretici, non minus probabiliter sua dogmata ex scripturis probabant, quam nostri Protestantes: ita temporibus Apostolicis omnes Ecclesiæ fuisse suas: non minus assertebant quam nostri Euangelici. Deinde afferere omnes Ecclesiæ temporibus Apostolicis fuisse Protestanticas, est petere principium, & tanquam certum assumere, quod inter nos maxime controvexit. Euangelici enim cuiusq; Sectæ suas Ecclesiæ esse Apostolicas contendunt: id verò constanter negant Catholicæ, & contrarium efficaciter probant. Si omnes Ecclesiæ temporibus Apostolicis erant Euangelicæ dicant si possunt, quam Sectam Euangelicorum profitebantur an Lutheranam, vel Caluinianam, vel Anabaptisticam? Quicquid dixerint, aliae sectæ negabunt & refutabunt. Omnes Sectas simul cum sint sibi iniucem, ex Diameiro opposite, proficeri non poterant. Erant temporibus Apostolicis istæ Ecclesiæ Christianæ; Antiochena, Ephesina, Alexandrina, Romana, ut alias nunc omittam: nominent unam exhibe, si possunt qua fidem Caluinianam, Lutheranam, vel Anabaptisticam coluisse & proficiebatur: & nos ex ipsissimè Protestantium scriptis contrarium evincemus. Dicant, si possunt, quæ nam ex omnibus Ecclesiis, quæ temporibus Apostolicis extabant unquam, verbum Dei prædicauit; aut Sacra-menta ministrauit more Caluinistico, Lutherano vel Anabaptistico.

Nostra Ecclesia, ait Vitakerus lib. 3. contra Duræum, nunquam sic latuit

sic latuit, quia eam Pontifex tuus senserit: nisi forte vmbrae erat  
 quas ille tam multis saeculis persecutus est. Hec ille. Vult dicere  
 semper fuisse aliquis Evangelicos in mundo: & ne dubitaremus, quin  
 essent: illos esse affirmat, qui contra Rom. Pontif. rebellarunt: & quos  
 Pontifex persecutus est. Quid ergo? Num omnes, qui contra Rom. Pon-  
 tif. ab initio usq; ad Lutheri tempora rebellarunt, fuerunt Protestantes  
 & Evangelici? Si sic: dicant nobis cuius sectae Protestantes fuerunt? Si  
 sic, Arrius, Sabellius, Photinus, Nestorius, Eutiches, & alij similes Her-  
 etici, erunt optimi & perfectissimi Evangelici. Nam isti non minus Pon-  
 tifici restiterunt, quam eorum successores, Lutherus, Calvinus, & alij. Si  
 omnes quos ob religionem persecutus est Pontifex Rom. fuerint Evangelij  
 quinti Professores, necesse est Arrianos, Photinianos, Eutichianos, Ne-  
 storianos, Macedonianos, & similes Heretieos, fuisse perfectissimos E-  
 uangelicos. Nam istos Rom. Pontifex, non minus est persecutus, quam  
 Lutheranos & Calvinianos, & alios nostri temporis Hereticos: & illos  
 non minus pro Hereticis damnavit; quam nostros Protestantates: & sicut  
 in illis damnandis non errauit: ita nec in istis. Si Ecclesia vestra nunquam  
 sic latuit, quin Pontifex eam senserit: mirum est, quod cum tam serio &  
 frequenter a vobis perierimus, ut nominareis unum angulum, in toto orbe  
 terrarum, ubi ante Lutherum, vel Calvinum, verbum Dei more Luthera-  
 no vel Calvinistico fuerit a quoquam predicatum, aut Sacramenta ritu  
 vestro Evangelico administrata, muti sis ut pises. Dicant etiam nobis,  
 num isti quos persequebatur tot saeculis Rom. Pontifex, linguas habuerint  
 ad praedicandum verbum Dei: aut manus ad Sacramenta ministranda, ad  
 pueros & adultos baptizandos: ad Christianos coena reficiendos? Si ha-  
 buerunt: designate nobis loca & tempora, in quibus isti more vestro Eu-  
 gelico, praedicauerunt verbum: vel Sacramenta ministrarunt: & simul  
 explicate clare, an isti fuerint Lutherani, vel Calviniani, vel Anabaptiste.

Quando querimus a vobis, qua etate religio Papistica in Ecclesiam ira-  
 repit; & qui Patres restiterunt: Non est, inquit, Vitakerus lib. 3. co-  
 tra Duraeum, mihi necesse ad ista respondere: vestra dogmata non  
 esse Apostolica, ex scripturis intelligo: quo vero tempore, &  
 quemadmodum quæc superstitutionis huius particula inualuerit,  
 id mea nihil interest, si tua nihil interest, quo tempore Romana re-

dico in ualuerit; saltem tua multum valde interest, ut dicas nobis, qui erant isti, quos Rom. Pontifex tot sacerulis ob tuum Euangelium persecutus est. & virum erant tui sectae Calvinisme, vel potius Lutherane, vel Anabaptisticae. Hoc enim non parum confert ad Quin: i Euangelij antiquitatem comprobandam, & ad ora aduersariorum tuorum obturanda: qui perpetuo clamant; nullum fuisse Quinti tui Euangelij professoreni ante Lutherum. Vit: keris contra Dur: eum urgentem ut prodat sui Euangelii professores, qui Lutheri tempora praecesserunt: remittit nos ad Centurias Magdeburgensem & ad Catalogum testium veritatis ab Illyrico editum. Sed de Centurijs postea, nunc de isto Catalogo. Titulus libri hic est. Catalogus testium veritatis, qui ante nostram aetatem Papae reclamarunt. Ex quo titulo clare video nulli difficile esse etiam si in Christum non credat, & Deum neget, locum in isto Catalogo habere, modo sciat reclamare Papae. Vnde primum locum iure optimo in isto Catalogo Arriani, Pelagiani, Donatistae, & quacunq: alijs Hæretici, siue antiquiores, siue recentiores, qui reclamarunt Papae habere debuerunt & multo magis nostri Euangelici; qui ab istis eorum Progenitoribus, fortissime reclamare Papae didicerunt. Cum vero omnibus clare ostet, multo magis reclamasse Papae Arrium, Sabellium, Eutichem, Nestorium, Pelagiū, Manicheū, & similes hæresiarchas: quam Bernardum, Thomam Aquinatem, Bonaventuram, Scotum, Caiharinam Senensem, quare istos in suo Catalogo posuit, & illos omisit? Sed miror valde, quod cum tot sint hoc tempore Sectæ Euangelicae, & tot veritates Euangelicae non explicuerit nobis Illirycus, cuius veritatis Euangelicae, Lutherane an Calvinianæ, vel Anabaptisticae testes fuerint, quos in suo Catalogo recenset. Verum cum Illirycus fuerit in omni vita Lutheranus obstinatus, valde probabile est eum non collegisse, & in Catalogum suum retulisse, nisi testes veritatis sue Lutherane: non autem Calvinianæ, cum Calvinianum Euangelium, cane peius & angue oderit. Huius rei argumentum est, quod non omnes qui reclamarunt Papae, ut Bertramus, Berengarius, Ioannes Scotus, & alij locum in eo Catalogo habere potuerunt; quia non Lutheranice ut voluit Illirycus, sed solum Zwinglianice Papae reclamarunt. Nam antiquitatem sue Sectæ Lutherane, per illos testes probare nitebatur: de Calvinismo vero vel Anabaptismo probando vel stabiliendo, ne per somnum quidem

quidem illi in mentem venit. Quod si ita est, Catalogus testium parum iuuabit causam V itakeri & suorum Calvinianorum, cum nec auctor Catalogi fuerit Calvinianus: nec testes in eo veritatis Calviniane, ullos reponere voluerit. Sane fecisset nobis Illyricus rem gratissimam, si testes illos veritatis redegissent in tres precipuas Classes, iuxta numerum iiii in principalium Sectarum Lutheranorum, Calvinistarum & Anabaptistarum: sed tamen in eo (ut contendit, viraq; Secta) reperiantur aliqui veritatis Calvinisticae, vel Anabaptisticae testes, ut unico quasi continuo, quis cuiusq; Sectae Professor fuerit, cognosceremus. Vel si quis Calvinista in proxima editione illius Catalogi, hoc prestare velit, magnam abud nos gratiam inibit; & labore singulos querendi, & ad Sectas suas seu classes rez uocandi liberabit. Nam quod testes in eo Catalogo positi, tres illas Sectas (cum sint sibi inuicem repugnantes) simul professi fuerint: iam est impossibile, quam Contradictoria simul esse vera.

In illo Catalogo testium veritatis, inuenio positos, D. Augustinum, Ambrosium, Hieronymum, Basilius, Chrysostomum, D. Bernardum, S. Catharinam Senensem, D. Thomam Aquinatem, Doctorem subtilem Scotum, Ioannem Gersonem, & quam plurimos alios, Doctores Scholasticos, qui in Magistrum sententiarum scriperunt. At quis sana mentis credat Patres illos antiquos, & Doctores Scholasticos Papae reclamasse? vel Lutheranos, Calvinistas aut Anabaptistas fuisse? Cum nulli in toto orbe magis autoritatem Papae, contra Hereticos cuiati sunt quam illi, ut ex ipsorum scriptis clare constat: nec ulli inquam magis oppugnarunt dignata Caluiniana, Lutherana & Anabaptistica, quam Patres & Doctores isti, quos ex Catalogo citauit. Et hoc ipsum certissime sciunt Evangelici: & propterea eos passim reiiciunt, contemnunt, confundunt, ut hos testes veritatis sua Evangelicae: & summos propugnatores religionis Papisticae, ut superiore capite docui. Et qua fronte Illyricus Lutheranus, illos posuit in suo Catalogo tanquam testes veritatis Protestantice, quos ipsius Parentis Lutherus pronunciat Hereticos & damnatos, nisi ante mortem resipuerint: & quos ipse in suis Centuriis agnoscit, fuisse testes veritatis Catholicæ; non autem falsitatis sue Lutherane. An ignorauit Illyricus istos testes suos fuisse Iustitiarios Regni Papistici ut à Luthero appellantur? fuisse Idololatras ob Sandorum Inuocationem, ut scribunt Vor-

Ianus & Vitakerus? An eum latuit istos testes pro mortuis orasse, purgatorium credidisse, pro defunctis sacrificium obtulisse? An qui ista faciunt, aut facienda docent, , testes quimi Euangelij censendi sunt? An non potius Papistæ sunt? Quod si dicant fuisse illos simul testes veritatis Euangelicæ, & falsitatis Papisticae: quis crederet huiusmodi testibus, duplicibus cerde & crede? Quæ autem hactenus diximus, de hoc Illiryci Catalogo: militant eti m contra quoscunq; alios similes Euangelicorum Catalogos pro testimonio antiquitatib; Quinti Euangelij editos.

Remitit nos Vitakerus ad Centurias Magdeburgensem pro testibus, Quinti Euangelij inueniendis: & nos illum cum suis Calvinistis remittimus ad scripta Canisii, Turriani, Alani Copi, Martini Eisenorenij, & aliorum contra istos Magdeburgenses edita, & ad Annales Baronij, ut videat istorum Magdeburgensem fraudes plurimas, corruptelas innumeras, mendacia infinita in historia Ecclesiastica conscribenda. Iстos se possunt, refellant Euangelici, & postea nos ad Magdeburgensem Centurias remittant. Et in ipsis Centurijs, an nullum nobis ostendet Vitakerus Calvinistam? Non est credibile Illircum & socios, cum fuerint omnes Lutherani, quo siue, aut enumerasse in suis Centurijs Calvinismi, aut Anabaptismi professores: sed totus eorum conatus, labor ac diligentia, contendebant, ut ostenderent fuisse ante Lutheri tempora, aliquam Lutheranam Ecclesiam: & tamen nec hoc prestatre potuerunt: nec enim si omnes Centurias ab initio, ad finem per legas, unum inuenies per omnia Lutheranum. Interim tamen ostenderunt nobis Rom. Ecclesiam, à temporibus Apostolorum, per omnes etates semper permisisse visibilem, verbum Dei, praedicasse, gentes conuertisse, Regna integra in suum suum recepisse, Sacramenta salutis hominibus ministrasse, nec unquam ob ullam persecutionem Tyrannorum aut Hereticorum fugisse in desertum aliquod, aut alii cubi latuisse, vel invisibiliter factam esse: cum interim istorum Euangelica Ecclesia, si qua unquam talis in mundo fuit sine villa prorsus causa, & sub lectione multo persecutione, quam passa est tot annis Rom. Ecclesia, flegit in desertum: sed nesciunt quod: latauerit sed nesciunt ubi: facta fuerit penitus invisibilis, sed nesciunt quando. Legat qui volet cap. 4. cuiusq; Centurie a secunda incipiendo, & videbit p̄ se paires antiquissimos & sanctissimos, Iustinum, Ireneum, Clementem Alexandrinum,

Ignatium

Ignatium, & alios ab eis notatos & reprehensos, propter nostra dogmata Catholica ab eis asserta & defensa. Verbi gratia in 2. Centur. cap. 4. reprehenduntur Patres, quod tueantur liberum arbitrium, iustificationem per bona opera, sanctorum inuocationem, Sacrificium Misericordie & Primatum Rom. Pontificis. Similia reperies in alijs Centurijs. Sed audiamus quid ipsi sentiant de secundo post Christum seculo: Tametsi inquiunt ipsum etiam Magdeburgenses, haec & zetas Apostolis admodum vicina fuit: tandem doctrina Christi & Apostolorum, non parum obfuscari cœpit. Multæ enim monstroſæ & incommodæ opiniones passim à Doctoribus sparsæ reperiuntur. Inter has monstroſas & incommodas opiniones, ponunt eas quas iam commemorauimus.

Beza in Iconibus ait, Primos per Europam veros Apostolos fuisse, Ioannem Hus, & Lutherum in Germania, Zwinglium & Oecolampadium in Heluetia: Savanarolam in Italia, Farellum & Caluinum in Gallia: Videlphum & Bucerum in Anglia: Cnoxum & Buchananum in Scotia.

Alij Protestantates adiungunt precedentibus tanquam quinti Euangeliū Professores Waldum, Almaricum, Berengarium, Beriramum, Ioannem Scorum, Hieronymum Pragensem, Marsilium Patainum, Gulihelmū Occamnum, Albingenses, Petrobrusianos, Henricianos, Iconomachos, Vigilantium, Iouianum, Aërium. Sed imprimis isti quos nominat Beza, fuerunt quidem Apostoli Diaboli, qui omnium dissensionum author est: Christi vero Apostoli, qui Deus est pacis & unitatis esse non potuerunt. Certum est enim Hus & Lutherum dogmata prorsus contraria Farelli & Caluinii dogmatibus tenuisse & docuisse: ut si illorum dogma tu fuerint vera, istorum falsa sint necesse est: si illi veri fuerunt Apostoli, isti non nisi falsi Apostoli esse potuerunt. Miror ubi fuit frons Beze cum inter veros Apostolos numerauit Lutherum & Cingulum: cum Cinglius scribat Lutherum esse, Marcione deteriorem, & Lutherus Cingulum, & omnes Sacramentarios cuiusq; Sectæ etiam Caluinum & Bezan hereticos esse pronunciet. An non ipse Beza sepiissime Lutheranos qui non nisi dogmata Lutheri sequuntur, appellat Nestorianos & Eutychianos? Mirabilis est sane ista Metamorphosis Lutherum ex Marcionista, Nestoriano, Eutychiano subito factum primum & verum Apostolum Germanie.

Sed omittamus tantisper Lutherum, Zwinglium & qui eos secuti sunt Lutheranos & Zwingianos siue sacramentarios, & loquuntur de ijs qui Lutherum & Zwinglium præcesserunt: & quos Beza hic tanquam veros Apostolos enumerat. Constanter affirmo nullum ex ijs fuisse per omnia Lutheranum, Cinglianum vel Calvinistam.

Hieronymus Savanarola, ita aperte agnoscit Primum Rom. Pontificis quem Euangelici omnes Antichristum appellant: ut nemo Papistarum magis. Nam in lib. 4. cap. I. de Triumpho Crucis aperte ait, Romanam Ecclesiam esse Duxem & Magistrum omnium aliarum Ecclesiarum. Omnes fideles Christianos debere in uno Pontifice Romano velut in suo capite vniuersi. Item, qui discedit ab unitate & doctrina Ecclesiae Romanae, illum sine dubio discedere a Christo. Haec proculdubio parum Euangelicè sonabunt in auribus nostrorum Euangelicorum. Ista fuit doctrina Euangelica, quam iste verus & primus, (ut eum vocat Beza) Apostolus, in Italia prædicauit verbo, & publico scripto docuit. Et quamvis aliquæ eius Concessiones prohibitæ sint a Synodo Tridentina; tamen in ijs omnibus non inuenies eum vñquam negasse invocationem Sanctorum, Purgatorium, Sacrificium & orationes pro mortuis: iustificari hominem per bona opera cum fide coniuncta: Christi corpus esse in Eucharistia realiter: aut dicens blasphemata Calvinistarum, vel Lutherorum de Dei omnipotentia & Christi persona: vel primatum Papæ negasse.

Viclephus alter Bezae Apostolus manifestus fuit Hæreticus iudiciorum ipsius Bezae, Philippi, Conradi & aliorum. Nam has hæreses docuit ille, quas Lutherani & Calvinistæ procul dubio condemnant. Prima est, non licere Ecclesiasticis temporales aliquas possessiones obtainere: adeò ut ne Decimas eis deberi dixerit. Secunda, quod Deus beat obediens Diabolo. Tertia, Nullus est Dominus civilis, nullus Prælatus, nullus Episcopus, dum est in peccato mortali. Quarta, si Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat. Quinta, omnia de necessitate absolute eueniunt. Sexta, iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborandos humanos contractus & commercia Civilia. Quarto modo ab Euangelicis nostris, num ista dogmata putent esse Euangelica? Si sic, cur ea Euangelici non docent? cur ea fere omnes condemnant & detestantur? Si non, cur Viclephum in suis numerant, quem constat ista dogmata

dogmata blasphemata, & quæ ipsorum iudicio sunt heretica, docuisse. Videat Lector plura de Vilepho apud Sanderum lib. 7. Monarchæ. Consensus vero lib. 3. Theologie Calvii artic. 8. qui totus est de antilogijs Calvinistarum fol. 67. sic ex Philippo de Vilepho scribit. Verba, inquit, Philippi ad Miconium haec sunt: Inspexi & Vilephum, qui valde tumultuatur in hac controversia: sed deprehendi multa alia errata in eo: ex quibus iudicium de eius Spiritu fieri potest: prorsus nec intellexit, nec tenuit fidei iustitiam. Et mox. De cena Domini Sophisticè cauillatur publice receptâ sententiam. Hæc Philippus. Si Vilephus nec intellexit, nec tenuit fidei iustitiam, non potuerit esse Quinti Euangeli professor, cuius tota iustitia est, in una fide ab omnibus operibus posita.

Iohannes Hus Vilephi Discipulus licet Magistri sui articulos tenuerit, & alios triginta de suis adiecerit: de quibus vide Aneam Syluum in Historia Bohemica cap. 34. nunquam tamen docuit ille, cum Lutheranis, corpus Christi esse ubique: aut cum Calvinianis, non posse per Dei omnis potentiam alibi esse, quam in celo ante diem iudicij. Sacramenta tantum duo esse, nunquam cum Protestantibus afferuit: sed quatuor semper admisit: nec solam fidem sine operibus iustificare sensit. Denique defendit, non esse obediendum alicui Domino Civili vel Ecclesiastico, qui est in peccato mortali constitutus. Itaque licet Vilephus & Hus in multis dogmatibus cum Evangelicis conspirauerint: tamen in multis alijs, eisdemque gravissimis, ut iam notauius ab eis disreparunt: ut etiam Evangelicorum nouorum iudicio, pro Hereticis necessario habendi sint: id quod Pantaleon unus ex Protestantium numero notauit: affirmans in Chronologia quosdam horum articulos diligenter reiciendos, à pijs. Opus 1910. est ut Beza pro suo novo Euangeliō, querat sibi alios nouos Apostolos, qui Lutheri etatem precesserunt: nam istos quos nominauit inuenimus adeò non fuisse Apostolos veros: ut potius ipsius Bezae & aliorum Protestantium iudicio, manifesti fuerint Heretici.

Iam veniamus ad alios Quinti Euangeli Professores, quos alij nominantur, ut supra notauius. Et in primis petimus ab eis, utrum omnes supra nominati fuerint Lutherani, Calviniani vel Anabaptiste. Non fuerunt Lutherani. Nam hoc constanter negabunt Calviniani. Non fuerunt Calviniani.

miani: nam hoc pro artis & fociis defendant Lutherani. Non fuerunt Anabaptistæ: hoc enim constanter docent iam Lutherani quam Calviniani. Cunus igitur Euangelij Professores erant: si nec Lutherani, nec Calviniani, nec Anabaptistæ erant? Impossibile sunè est, ut omnes istas tres sectas, cum sint inter se omnino contraria, professi fuerint. Sed esto sint Lutherani: quid inde lucrantur? nisi istos præclaros professores fuisse Nestorianos & Eutychianos. Tales enim sunt Lutherani iudicio Calvinistarum. Sint si volunt Calvinistæ: quod inde commodum reportabunt: nisi quod sint Arriani, Nestoriani, deniq; Hæretici pessimi: Tales enim esse Calvinistas & Sacramentarios omnes, frequentissimè pronunciarunt Lutherani. Itaq; quicquid dixerint, & in quamcunq; se verterint partem, non possunt evadere quin etiam suorum iudicio, præclari isti quos nominant Professores, sint manifesti & blasphemati hæretici. Nec sanè satis mirari possum, quia fronte tam Calvinistæ, quam Lutherani nominent Hus & Viclephum sui Euangelij professores, cum tanta sit differentia dogmatis inter Calvinistas & Lutheranos quanta inter album & nigrum, cœlum & terram, Deum & Diabolum. Sicut enim inter Euangelicos nullus est qui simul sit Calvinista & Lutheranus: ita Hus & Vicleph non potuerunt simul esse Calviniani & Lutherani: & istorum dogmata sibi inicitem planè contraria simul profiteri.

Adhuc etiam ipsorum Protestantium iudicio non possunt illi Electi esse, ex quibus solis, hactenus Ecclesia ipsorum, (si qua in mundo fuit) constituerit; idq; duas ob causas. Prima est, quia varias Hæreses pariter docuerunt, ipsorum Protestantium iudicio damnatas, ut mox patet. Fides enim debet esse omnino integra, & incorrupta, ut docet Athanasius in Symbolo: & ideo Philippus Ecclesiam definiuit: Cætum huiusmodi qui verbum teneat incorruptum. Quin & notam vere Ecclesiæ puritatem doctrinæ omnes hodie Protestantes posuerunt. Neque vero iuuat hic respondere (quod faciunt alii qui Protestantes) vel mundi tantum iudicio nos pro Hereticis habitos: vel saltem in illis quæ cum Protestantibus concuerunt, Hereticos non fuisse. Nam non mundi, sed Ecclesiæ Christianæ atque Catholicæ, iudicio quo Spiritu Dei regitur, in Concilijs generalibus damnati sunt: à Sanctis Patribus, qui Spiritu Dei prædicti erant confutati sunt: in Doctorum Historijs pro Hereticis notati sunt: nec

unquam

Unquam aliter Arrius, Sabellius, Nestorius & alijs antiqui Heretici, pro Hereticis sunt damnati, quam isti: nec ab alia Ecclesia damnati sunt illi quam isti: & si Romana Ecclesia in illis damnandis non errauit, nec in ipsis condemnandis errorem ullum commisit. Ad hanc ob ea ipsa dogmata, quae cum Protestantibus tenuerunt pro Hereticis à Paribus, Concilijs, & Doctoribus habiti & damnati sunt. Altera causa est, quod etiam si alijs Heresibus non fuissent impliciti: tamen ideo Protestantium iudicio ad Ecclesiam pertinere non possunt, nec sinceri Professores Quinti Euangeli haberi, quia in plurimis alijs dogmatibus à Protestantium doctrina abhorrebant, & Catholicam sententiam amplectebantur.

Marsilius Patauinus scripsit librum qui inscribitur: *Defensor Pacis, impressus est in Germania Anno 1522. in quo ut Alphonsus à Castro, Sans derus, Prateolus & alijs viri doctri notarunt, has tātum hereses docuit. Prima, Episcopum non esse simplici Sacerdote superiorem, propter quod dogma Aerius ab Augustino in lib. de Heresibus, Heresi 53 relatus est in Catalogum Hereticorum. Secunda, Papam non esse Vicarium Christi, & ab Imperatore posse iudicari. Tertia, Viros Ecclesiasticos non posse villas diuinias possidere, non agros, non villas, non possessiones villas. In reliquis dogmatibus cum Rom. Ecclesia tenuit. Iam ut aliqui saltē ex Calvinistis qui nomen Episcopi, & totum ordinem Episcoporum execrantur, eum imitentur, in prima eius heresi, in tertia quo ad diuinias ab Ecclesiasticis possidendas omnes Evangelici eum detestantur. Ex his autem eius Heresibus, non potest sciri, an fuerit Anabaptista, Calvinista vel Lutheranus.*

Petrus Valdus Lugdunensis Ciuis, Pater Valdensium, nihil scripsit, quod Illirycus in Catalogo, aut quispiam Protestantium proferre possit. Imo fratres Bohemi in Proemio sue Confessionis anno 1573. editæ (qua falsi Genevensis in Harmonia vocant Valdensium) sic scribunt. Sed hoc docere possumus, cum nostris Ecclesiis Valdenses nunquam coaluisse: neqz nostros cum his se coniungere uoluisse: & duabus quidem de causis, sicut in Annalibus nostris legimus. Primum enim offendebantur nostri in Valdēsibus, quod nulla publica extare vellent doctrinæ, & fidei sua testimonia: atque ita occultare veritatem viderentur, & subter modio collocare lumen huius. Se-

cundo, quod Missa Pontificia, quam idololatricam esse scirent  
& profiterentur, pacis tamen & tranquillitatis causa vterentur:  
atq[ue] ita in parte cum P[re]tificijs colludentes, scandalo essent alijs.

Hec illi. Quansuis autem Valdenses, multa habuerint cum Euangelicio  
nostris communia, in multis tamen ab eis dissentiebant, cuiusmodi sunt ista.  
Nullum omnino iudicium sanguinis, aut cuiuscunque corporalis supplicii  
ferunt: quia scriptum sit, nolite iudicare. Potestatem confessiones audi-  
endi. & absoluendi etiam Laicos a solo Deo datam esse. Semel tantum in  
anno, id est in cena Domini Missam celebrant dicendo septies Pater no-  
ster, & benedicendo Panem & vinum. Tres tantum ordines in Ecclesia  
Dei esse dicunt, Diaconatum, Presbyteratum & Episcopatum. Dies fe-  
stos contemnunt, & in illis manibus operantur. Vrente carnis libidine, do-  
cent omnem commissiōnē carnalem esse licitam. Contemnunt Symbolū  
Apostolorum. Omne iuramentum prorsus illicitum esse docent. Hæc Gui-  
do Carmelita in summa cap. q. de Hæresibus Valdensium, ista opinor, non  
placent Protestantibus, ut omittam quod non potest ex dogmatibus eorum  
certo colligi, ad quam seclam Euangelicorum nostri temporis referendisunt.  
Ad omnes simul, cù sint sibi iniucem, contrarie, referri nō possunt. Et à  
fratribus Bohemis, qui Lutherani sunt, tanquam Hæreticos rejectos, iam  
audiuimus. Almaricus licet docuerit, non aliter esse corpus Christi in pane  
altaris, quam in alio pane. & in alia qualibet re, in quo dogmate videtur  
esse Brentii & Caluini antecessor: negabat tamen, ut testatur Bernardus  
Lutzenburgensis, resurrectionem corporum, paradisum, infernum, &  
idearum in mente diuina eternitatem, quæ dogmata sunt manifeste Hæ-  
rica, & vt puto, non placent omnibus Euangelicis siue Luteranis, siue  
Caluinistis.

Berengarius docuit non esse in altari veram corporis & sanguinis Do-  
mini substantiam, post consecrationem: qua in parte Zwingianus seu Sacra-  
mentarius fuit. Dicebat etiam semper esse in altari post consecrationem,  
substantiam panis & vini: qua in parte Lutheranus erat. De hoc Beren-  
gario ita scribit Magdeburgenses Centuria undecima cap. 10. Pag. 59.  
Leo nonus in eo meretur, laudem non exiguum præ multis suis  
antecessoribus, quod sub initium statim Berengarianæ hæreses  
in synodo Romana eam cum authore damnauit. Itaque iudicio Ma-  
gdebura-

gdenburgensium & omnium Lutheranorum, Berengarius non fuit verus Evangelicus, sed manifestus Hæreticus. Et pari quoque ratione Hæretici sunt illorum iudicio, omnes nostri temporis Cinghani & Caluinistæ, qui hæresim hanc Berengarianam amplectuntur. Sed non aduerterunt Magdeburgenses, se quoque in Berengario recte à Leone damnatos. Nā Berengariane hæresis pars illa fuit, que panis & vini substantiam, ut nunc Lutherani, post consecrationem in altari superesse docuit. Hanc autem Hæresim suam Berengarius in Concilio Turonensi primum, & iterum in Concilio Romano reuocauit, & in fide Catholica Romana mortuus est. Præter hanc sententiam de Eucharistia, duas alias promulgavit: quas ne ipse quidem Caluinus negaret hæreses esse. Docuit enim ut lib. I. testatur Guimundus legitima matrimonia destrui posse, ac licere omnibus foeminis indifferenter uti: & non esse infantes baptizandos: quicq; duo in Anabasis p̄fisiis huius temporis, Caluinus & Lutherus damnant.

Bertramus in solo circa Eucharistiam errore cum Caluinistis, seu Sacramentarij potius cōsentit. Nā in libello, qui sub nomine eius extat, consatur ostendere Eucharistiam nihil aliud esse, quam panis & vini substantiam, que figuram & similitudinem corporis & sanguinis Christi gerat. Hunc librum aliqui putant à Berengarij studiosis confectum, & sub nomine Bertrami falso editum, quod de hac doctrina, deḡ libro Bertrami cā confirmātē, nihil uspiam illa cōestate, scilicet circa annum Domini 817, legitur. Præterea adeo Catholicam Romanæ Ecclesiæ sententiam in illo libello s̄penumero & clare docet, maxime in priore parte disputationis sue; ut Magdeburgenses dissideri non potuerint, semina Transubstantiationis in Bertrami libello iacta esse. Sic enim de eo cōsent Centuria 9. cap. 4. de Coena, & cap. 10. In reliqua autem tota doctrina sua, & vita actione Catholicum se & Rom. Ecclesiæ filium gerebat. Bertramus igitur, si Euā gelicus fuit, certè sacramentarius fuit, non Lutheranus, & forte ob hanc causam eum Illyricus homo lutheranus in suo Catalogo testium veritatis omisit.

Ioannes Scotus, non ille Doctor subtilis, qui in Magistrum sententiariū scripsit: sed alter Hæreticus, libellum quendam de Eucharistia scripsit, à quo Berengarius suam doctrinam sumpsisse videtur. Sed iste in hac sola Cōtrouersia sacramentarius fuit: in reliquis per omnia Catholicus, Lutheranus vero

nus vero, nullo modo: & ideo ab Illyrico in Catalogo suo est pratermissus,  
sicut & Berengarius.

Hieronymus Pragensis permultis in rebus primum Viclepho assensit,  
deinde abiuratis Viclephi erroribus ad fidem Catholicam reuersus est: de-  
mum rediit iterum ad Viclephi errores. Profitebatur tamen de Sacramen-  
to altaris, & transubstantiatione panis in corpus Christi, se tenere & cre-  
dere, quod tenet & credit Ecclesia; magisque in ea re Augustino & ce-  
teris Ecclesiæ Doctoribus, quam Ioanni Viclepho, & Iohanni Hus crede-  
re. Itaque nec Lutheranus fuit, quia credidit Transubstantiationem; nec  
Caluini & seu Sacramentarius, ob eandem causam, tum etiam quia credi-  
dit verâ & realè presentiam corporis Christi sub specie panis. Vide Cœcil.  
Constantien. Sess. 21. Illum & Iohannem Hus, Waldensium dogmata ample-  
xos esse oportedit ex Sylvio Illyricus in Catalogo. Quod si ita est, Hæretici  
etiam iudicio Protestantium fuerunt, ut superius ostendimus. Guillelmus  
Occam licet contra Ioannem Papam scripsiterit, tamen sine omni contro-  
versia, contra illius mores & malam vitam, non vero contra Rom. Eccles-  
iae fidem, vel autoritatem scripsit. Nam in Prologo libelli quem scripsit  
de Sacramento Altaris ait: De illo altissimo Sacramento conscri-  
pturus, protestor me nihil asserturum, nisi quod Romana tenet  
& docet Ecclesia. Itaque Occam non fuit Lutheranus, quia credidit cum  
Romana Ecclesia Transubstantiationem: nec Caluinista aut Sacramenta-  
nus, quia realem Christi Corporis presentiam in Eucharistia docuit.

Albingenses licet aliqua dogmata Protestantium erroribus similia,  
circa annum Domini millesimum ducentesimum sparserint: tamen pre-  
ter illa, multis blasphemias hereses docuerunt; ut refert Bernardus Lu-  
xemburgensis. Num baptismum negabant, similiter & corporum resur-  
rectionem: animarum de corpore ad corpus transmigrationem affirmabant.  
Duo ponebant principia bonum & malum: id est Deum & Diabolum:  
quem credebant creasse omnia corpora; sicut Deum omnes animas bonas.  
Animas nouas infundi à Deo in corpora hominum negabant: ut alia longe  
plura, eorum blasphemata dogmata, que cōmemorat Antonius. 4. parte. iii.  
L. cap. 7. omittam. Et ideo Illyricus non est eos dignatus in Catalogo  
suo numerare.

Petrobrusiani, Henriciani & Petrus Abaylardus, licet multa habeant  
dogmata

dogmata cum Protestantibus communita, ut videtur licet apud Sanderum lib. 7. Monarchie: multas etiam haereses, etiam Protestantium iudicia docuerunt. Dicebant enim parvulis usurrationis parentibus, eo quod fidem non habeant, baptismum non esse conferendum, quod est dogma planè Anabaptisticum. Contendebant corpus Christi nunquam ab aliquo conficiendum, aut alicui dandum; sed satis esse quod corpus Christi sit, semel ab ipso Christo in cena consecutum, & semel Discipulis datum: & ita solennem & publicam commemorationem mortis Christi inter Christianos susulerunt. Rudebant denique dierum solemnium vacationes. Nunquid ista approbat Protestantates? non puto.

In Oriente Iconomachi (quales hodie omnes ferè Protestantantes sunt) annis septuaginta & amplius turbarunt Ecclesiam Dei, Imagines ex templis ejicendo, easq; confringendo: sed tamen in alijs dogmatibus nunquam cum Lutheranis vel Calvinistis senserunt: & insuper abominandos errores & quos ipsi Protestantates derelictantur tenuerunt. Nam Constantinus Copronymus maximus Iconomachus Beatam Virginem Deiparam negavit, Venerem coluit, & victimas humanas Demonibus obtulit, ut scribit Suasidas. Et credibile est, eum plurimos in ijs rebus imitatores habuisse. Praeter hunc vero errorem de Imaginibus & templis auferendis & confringendis, nullum aliud dogma Calvinisticum, vel Lutheranum, aut Anabaptisticum eos tenuisse, apud Authores legere non potui.

Circa annum Domini 400. vixerunt in Gallia Vigilantius: in Italia Iouianius: in Oriente Aërius qui Martyrum & reliquiarum honorem, Virginitatis votum, & priuilegium, orationes pro Defunctis, cum nostris hodie Protestantibus negarunt. Sed hi omnes in Catalogo Hereticorum ob hec ipsa dogmata à Philastrio, Epiphanio, & Augustino ponuntur, & pro Hereticis ab Ecclesia illius temporis, & ab ea que illam perpetuo consecuta est reprobati sunt. Nec praeter hec nulla Protestantium dogmata vel valde paucissima tenuerunt.

Solent interdum pro se Græcam Ecclesiam adferre, tanquam fidem ipsorum Euangelice fauentem. Sed hoc causam eorum adeo non iuuat, ut potius omnino destruat. Certum est enim Græcos nec Calvinistas, nec Lutheranos nec Anabaptistas esse. Certum est Græcos & Ruthenos in Dismissis officijs Basilij & Chrysostomi Liturgijs vii. Certum est, eos inuo-

care Sanctos, orare pro mortuis, imaginis in templis habere & venerari,  
 & alia plura credere & docere que Euangelio detestantur. Certum de-  
 nique est eos, qui Romane Ecclesie non sunt uniti, negare Spiritum Sanctum  
 a filio procedere, quod Hæreticum esse Protestantes, ut opinor, non  
 negabunt. Conati quidem sunt aliqui Lutherani in Germania (inter quos  
 Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus hic Vilnae existens Crucifixum  
 nominauit) astu quodam ab Ecclesia Graeca, que est Constantinopoli suæ  
 Lutheranæ Confessionis approbationem obtinere. Sed responsum ab ea pa-  
 rum ipsorum petitioni conueniens, immo omnino repugnans retulerunt: ut  
 apud Socolouium in Censura Orientalis Ecclesie videre licet. Hoc ipsum  
 ipsomet Hieremias Patriarcha Constantinop. cuidam Catholico de hac re  
 ipsum interroganti, dum in reditu suo ex Moschouia Anno Dni 1590.  
 aliquot hebdomadis Vilnae commoraretur fassus est. Hoc dixerim propter  
 sumnam impudentiam Hæreticorum, qui absq; vlo pudore tale aliquod  
 responsum ad ipsorum petitionem Graecam Ecclesiam dedisse negant. Sicut  
 pari impudentia Abdysse Patriarcham in Assyria Orientali Romam sub  
 Pio III. venisse, ibi professionem fidei Catholice Romanæ fecisse: &  
 obedientiam pro se suisq; omnibus Ecclesiis Pio III. promississe negant.  
 Vide Chronicum Genebrardi, & Onuphrium in vita Pij 4.

Isti sunt ones, vel certe præcipui quos proferre solent, aut possunt Eu-  
 angelici, tanquam sui Quinti Euangelij precursores ac Professores: ve-  
 rum in his tam multis suæ perfidie Patribus, nullum inuenio quem illi  
 audent dicere fuisse per omnia Lutheranum, vel Calvinistam, vel Anaba-  
 ptistam: nullum inuenio, qui præter suas hereses Lutheranis, vel Calvinianis,  
 vel Anabaptistis cõmunes non tenuerit multa alia dogmata Papistica  
 que Protestantates iudicant Antichristiana. Nullum inuenio qui non aliqua  
 docuerit, que etiam ipsi Euangelici non negant fuisse absurdâ & plane  
 heretica. Nullus ergo ex ipsis fuit purus, sincerus & verus Euangelicus:  
 quandoquidem istorum nullus verbum Dei pure ac sincere; sed multis ers-  
 roribus partim Papisticis, partim Hæreticis admixtum prædicauit.

Deniq; enim Beza in I 3. Cor. I. cuu alijs Protestantibus, tripli-  
 cem sit-  
 tuat fidem, Vnam miraculosam, que conuenit etiam reprobis multis, alte-  
 ram historiam, que non solum hominibus, sed etiam Diabolis tribuatur;  
 tertiam Iustificantem, que Dei misericordiam in Christo apprehendit; que  
 q; electo-

que electorum tantum est propria: petimus quam fidem ex his tribus ha-  
 buerunt isti eorum maiores? Certe miraculosa non habuerunt: quia nul-  
 la vnguam miracula ediderunt: nec enim vel unum canem claudum isti  
 praetuli Quinti Euangelij Professores sanarunt vnguam. Fidem Histori-  
 eam si habuisse dixerint: nihil praelarum illis tribuunt: cum & ipsis De-  
 monibus talem fidem Protestantes concedant: ex quo fit, ut Diaboli sint  
 eam boni Protestantes, quam nostri Euangelici. Fidem Iustificantem illos  
 habuisse, & consequenter Electos fuisse, non possunt Euangelici scire: tu-  
 quia ista scientia electionis Divinae, pendet ex reuelatione Dei, qui solus  
 nouit, qui sui sunt, nec eam Protestantes habent, aut se habere audent af-  
 firmare: tum quia communis Euangelicorum doctrina est, quemlibet de  
 sua propria electione vel salute posse & debere esse certissimum, de aliorum  
 vero minime. Ex quo sequitur ipsos metu Euangelicos incertissimos esse, an  
 vnguam habuerint fidei suae Professores: nos autem nullum vnguam ha-  
 buisse clarissime ostendimus. Si enim Quintum Euangelium, ut iam per  
 singula capita probauimus, non profitebantur Apostoli, nec eorum success-  
 sores, nec Ecclesia Apostolica & primitiva, nec Concilia Generalia aut  
 particularia, nec Sancti Patres aut Doctores Ecclesiae, nec denique illi  
 ipsi antiqui Heretici, quos ut suos sibi vendicant Protestantes: euiden-  
 tiissime sequitur, quod in hoc libello probare intendimus: ante Lutherum  
 per omnes etates, & ubiq; locorum Quini Euangelij professores, Nul-  
 lum & Neminem fuisse. Quod si nullum vnguam, ut iam probauimus ha-  
 buerunt Euangelii sui Professorem: nonne evidenter inde sequitur, eos  
 nullam vnguam Ecclesiam visibilem, que absq; visibilibus professoribus  
 non potest consistere: sed perpetuo latitatem, fugitiuam, mathematicam  
 & penitus inuisibilem habuisse: donec nostro seculo eam Lutherus ex te-  
 nebribus erueret, seu potius ex inferis excitaret. Quod autem nobis aliquando  
 defuerint Catholicæ Romanae fidei ac religionis, publici Professores, assere-  
 renisi per summam impudentiam non possunt. Nam ex nostris dogmati-  
 nostria Catholica, de singulis controvrsiis, que sunt inter nos, & Euan-  
 gelicos, demonstrarunt ex Patribus antiquis, ut alios omittam Bellarmi-  
 nus, in tribus tomis Disputationum suarum, Canisius in Cathechistico o-  
 pere cum authoritatibus Patrum, Genebrardus breuiter in suo Chronico,  
 & qui ex quatuor principiis Ecclesiae latine Doctoribus Confessiones Au-  
 gustinianam

gustinianam, Ambrosianam, Hieronymianam & Grégorianam collègunt. Imo ex ipsorum Euangelicorum Confessione, verbis, ac publicis scriptis, Patres & Doctores antiquos fuisse nostræ fidei professores cap. 4. clarissime demonstrauimus. Et ut hæc omnia non essent, vñro concedunt nobis Euangelici, à temporibus Phocæ Imperatoris (hoc est ab anno Domini 605. à quo Bonifacium 3. primatū in omnes totius orbis Ecclesiæ primum impetrasse, & sic in Antichristum degenerasē, singunt ac fabulantur) solam Romanam, seu vt vocant Papisticam, fidem ac religionem per totam Europam in publica verbi prædicatione & sacramentorum administratione hucusque floruisse: Romanamq; Ecclesiam his fere mille annis post primatum illum à Phoca (vt aiunt) impetratum, multas gentes ac nationes ad fidem Christi conuertisse: varia Concilia Generalia & Provinciales, in varijs orbis partibus celebrasse, varios Hæreticos, variarum sectarum condemnasse, repressisse & extinxisse. Que omnia clare demonstrant, Religionem Catholicam non esse nouam, aut nuper Geneue vel i rembergæ natam, sicut ortæ sunt istæ Sectæ Euangelicorum: aut caruisse unquam suis publicis Professoribus in omnibus fere mundi partibus, sicut Euangelici isti semper usq; ad Lutherum & Calvinum caruerunt. Quos enim ipsi sue perfidie Professores proferunt ac nominant, illos ipso- rummet Protestantum verbis ac scriptis manifestos ac blasphematos fuisse Hæreticos, clarissime ostendimus.

	Errata	Correcta.		Errata	Correcta.
Pag. Linea.			Pag. Lin.		
31. 29.	alioquem	aliquem.	60. 10.	Catholicas,	Catholicos.
22. 9.	quam.	quem.	73. 10.	authoritate.	authoritatē.
47. 24.	quos.	quas.	73. 32.	Decimo.	Duodecimo.
49. 21.	reiciunt.	reiciunt.	77. 17.	viuerunt.	viluerunt.
49. 23.	reuelationē.	reuelatione.	79. 10	nullus.	nullius.
50. 13.	admittant.	admittunt	97. 1.	quia.	quins.
53. 16.	vñlam.	nullam.			

Pag. 9. linea. 7. dele, in.

Alios leuiiores errores, prudens lector facile per se corrigere poterit.

Omnia ad laudem Dei Opt. Max. & Beatiss. Virginis  
Alarie honorem.

